VERBUM DEI

SCRIPTUM, DICTUM, ET AUDITUM,

SEU

DE SACRIS BIBLIIS, DIVINIS TRADITIONIBUS, ET FIDE CATHOLICA

AD SCRIPTURARUM TRUTINAM

JUXTA

Eccleſiæ, Conciliorum, & Patrum ſenſum examinatis

CONTROVERSIÆ THEOLOGICÆ POLEMICÆ

CONTRA RECENTIORES NOVATORES,

Ex Argumentantium placito

Omnes, & ſingulæ expoſitæ, & propugnandæ

IN COLLEGIO GERMANICO-HUNGARICO

AB ERNESTO MELCHIORE AB HERDING EX HITTRUP ET WINDISCHESCHENBACH Weſtphalo.

ROMÆ, MDCCVII.

Ex Typographia Komarek in via Curſûs.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTROVERSIA PRIMA

DE

Authoritate, Notitia; Profunditate,& Senſu Sacrorum Bibliorum.

CAPUT PRIMUM.

Authoritas Sacrorum Bibliorum.

Principium Catholicis, & Libertinis Commune.

IN preſenti Providentiâ, aliquod Verbum Dei ſuper Filios hominum factum eſſe, negandum non eſt. Loquente Deo, veritates docemur, & Diſciplinam. Tacente Deo, non eſt hominibus de Religione ſatagendum.

Catholici ex Trid. ſeſſ 6. c.6., & ſeſſ. 4. in Decr. De Canon. Script.
Libertini ex Coppino,& Quintino apud Card. Hoſ. L. 1. De Hæres.

THESES CATHOLICÆ.

I.

SCripturæ Propheticæ, & Apoſtolicæ Spiritu Sancto dictante conſcriptæ ſunt; atque ut legitimum Dei Verbum, hominibus traditæ.
„ [a] Sacram Scripturā humano ſpiritu ſcri-
„ ptam, & literam omninò mortuam, cui in
„ negocio ſalutis fidere minime poſsis, aſſerunt Liber-
„ tini. At pro ejuſdem Divinitate Dogmatum Sanctitas, Scriptorum concordia, Vaticiniorum veritas, [b] Prophetæ, [c] Apoſtoli, [d] Chriſtus ipſe reclamat. Credent aliquando & Libertini: [e] *Nam inter cætera ſibi credituras omnes gentes vaticinata eſt; & ea, quæ dixit, vera Divinitate prædixit.*

Conc. Nicenum 1. Trid. ſeſſ. 4. in Decr.

a SvvenKfeldiani ex Stanisl. Hos. L. 1. De Hæres.

b 2. Pe. 1.
c 2. Tim. 3.
d Luc. 16.
e Aug. lib. 12. de Civ. Dei c.9.

II.

DD. Cathol. ex 2. Deut. 1.
C. Trident. ſeſs. cit.

In ſtatu præſentis Eccleſiæ Prophetici Inſtinctus Entuſiaſmi, Viſiones, & myſtica ſomnia Gregi Fidelium expectanda non ſunt; ſed Deo per Propheticas, & Apoſtolicas Litteras loquenti penitùs aſſentiendum. (a) „*Somniavi*, *ſomniavi*, *clamant* Moderni (b) Entuſiaſtè „ Dei verba ab Entuſiaſmis, & Viſionibus opperiuntur. (c) At numquid omnes Prophetæ, numquid omnes Videntes? (d) *Qui habet ſomnium narret ſomnium*. Fideles Chriſti (e) *habent Moiſen*, & *Prophetas*; *audiant illos*.

a Hier. 23.
b Libertin. apud Calv. L. con. Liber.
c 1. Cor. 12.
d Hier. ibid.
e Luc. 16.

III.

Triden. ſeſs. cit. Decr. de Can. ſcript.
Cartagin. 3. c. 47.

Scripturæ Propheticæ, & Apoſtolicæ ſunt congrua, certa, & infallibilis Regula Fidei Catholicæ. (a) Una Fides ab uno Deo, & ab unâ pariter homini corporeo congruâ credendi Regulâ „ (b) Hęc norma Fidei ſcripto „ fiixa in infidelis hominum reminiſcentię circa Dei verba præſidium eſt. Non phanaticos impulſus, (c) *ſed firmiorem habemus Propheticum Sermonem*, cui benefacimus *attendentes*; non enim accepimus illud (d) ut *Verbum hominum*, ſed, *ſicuti verè eſt* Verbum Dei.

a D. Th. 3. P. q. 1. art. 3.
b. Maxim. Myſt. Liturg. c. 1.
c 2. Pe. 1.
d 2. Teſſal. 2.

IV.

D. D. Cathol. ex P.P.

Neque tamen Divinæ Scripturæ ſunt omnibus, & ſingulis Fidelibus ad ſalutem neceſſariæ. Magnum hinc Proteſtantibus ſcandalum, (a) quibus *ignorantia Scripturarum ignorantia Chriſti eſt*: & ſalutem ſperare prohibent; (b) niſi Biblia legeris, aut legentem audieris. „ At ignorantem Scripturas Eccleſia nunquam repulit à Baptiſmo; (c) atq; *homo Fide*, *Spe & Charitate ſubnixus non indiget Scripturis*, *niſi ad alios inſtruendos*.

a Hier. ad Euſtoch. Proœm. in Iſa.
b Proteſt. Molin. Ameſi.
c Aug. L. 1. De Doc. Chr., c. 39.

V.

C. Triden. ſeſs. 4. in Decr. De Can. ſcript.

Eccleſia Romana Catholica Scripturas ſanctas quo priùs, & ab initio, eodem non interrupto affectu pietatis, & credulitatis aſſenſu ſuſcipit, & veneratur. Quorsùm illa Proteſtantium Catholicis impoſtura, (a) Rom. Pontificem Scripturas ſacras in pulvere ſuorum Decre- „ talium ſepeliiſſe? (b) A corruptore Luthero Swenkfeldius Divinis Litteris fidem didicit abrogare. (c) Uterque novo Evangelio Sathanæ allaboravit, Lutherus genuinum Dei verbum depravando, Swenkfeldius abolendo.

a Luter. L. De CC. & Eu.
Calvin. Inſtr. con. Anab. c. 9.
b Staphy. de Luther. concord.
c Hoſius ex Flacco. L. 1. Hęr.

VI.

Diſt. 15. Cap. San-

Omnes perindè Veteris, ac Novi Teſtamenti Libros, cùm

cum utriuſque unus autor ſit Deus, pari prorſus fide ſuſcipit ac veneratur Eccleſia. *a* Alia Libertinorum „ ſecta Novo Teſtamento ſolum contenta, [*b*] *Litera* „ (inquiunt) *occidit*, *Spiritus autem vivificat. Spiritum* „ autem Paulus tribuit Teſtamento Novo, *Literam* „ rejicit ad vetus? At Litera, & Spiritus ſonant apud Paulum, quod [*c*] *Lex*, & *Gratia* apud Joannem. Atque (*d*) eadem *Lex data per Moiſen facta eſt Gratia per Chriſtum*, quando *acceſſit Literæ Spiritus*.

Ca Rom. Trid. ſupra Decr. De Can. Script.

a Lindan. in ſuo Dubit. Dial. 2.

b 2. Cor. 3.

Catholici.

c Ioa. 1.

d Aug. l. 15. con. Fauſ., c. 8.

CAP. II.

CAPUT SECUNDUM.

Notitia Sacrarum Scripturarum Contra Evangelicos & Reformatos.

Principia Pontificiis, & Proteſtantibus Communia.

I.

a Cathol. Ex Trid. ibid. Aug. l. 1. De Doc. Chi. c. 39.

b Proteſt. Ex Lut. Gerhar. l. 1. fol. 19. Ex Calv. Molinæus. Neo Pap. fol. 201.

(a) SCripturæ Propheticæ, & Apoſtolicæ ſunt Verbum Dei in Eccleſia Chriſti exiſtens; earumque ſingularum Divinitas eſt neceſſario credenda, vel abſolutè per lectionem, aut auditionem, ut (b) volunt Acatholici), vel ex ſuppoſitione Eccleſiaſticæ Propoſitionis, c ut docent Catholici.

I I.

a In Colloq. Ratisbon. Ann. 1601.

Ad certo dignoſcendum, utrum hæc, an illa ſit Scriptura Divina prærequiritur revelatio Divina. Nam „ inter Catholicos, & Proteſtantes conventum eſt, (a) „ neminem poſſe credere Sacræ Scripturæ Fide Divina, „ niſi pari fide credat Scripturam illam eſſe Divinam.

THESES CATHOLICÆ.

I.

D. D. Cathol. Ex Trid. ſeſſ. cit. Iren. l. 3. c. 2. Aug. Con. Ep. Fund. c. 4.

a Calv. 1. Inſt. c. 7. Hulſius HanneKen in Irenico.

b D. Th. 20. ſecundæ q. 12. art. 4.

c Scheibterus in Inſtit. Calv.

SAcri Libri, quos *Biblia* vocamus, nudè, & ſecundum ſe ſumptì, non ſunt, nec regulariter eſſe poſſunt veritas per ſe nota quoad nos, quod ſint Verbum „ Dei. (a) Ineptè traditur in quæſtionem [queruntur „ Novatores] qui nam Libri ſint Canonici: quis Co- „ dex ſit Evangelium Matthei; cum tam facile ſit Scrip- „ turam Sacram à non Sacra diſcernere, quam lucem à „ tenebris, album à nigro. Sed potius inepta querela eſt. (b) Sacra Scriptura Divina quidem revelatio eſt: Regula Fidei eſt; ſed & ipſa credenda. Neque magis ineptè ex identica propoſitione. *Sacra Scriptura eſt Sacra Scriptura*: Judei pro ſuo Talmudio, Mahumetani pro Alcorano, quam (c) Proteſtantes pro Bibliorum autoritare concludent.

I I.

D. D. Cathol.

Scripturam quamcumque Propheticam, vel Apoſtoli-

Digitized by Google

ſtolicam eſſe Verbum Dei, innoteſcere certo non poteſt ex ipſo Titulo, aut Inſcriptione Prophetam, vel Apoſtolum autorem præſeferente. (*a*) Fruſtra recurrunt ad Titulos. Vel enim ſunt Verbum Dei; atque hoc conſtare debet aliunde; cum etiam ſcripta apocrypha, (*b*) *Evangelium Thomæ*, vel *Bartolomei*, aut *Apocalipſim Petri* ferant in fronte. Vel Verbum Dei non ſunt; & autoritatem ad teſtificandum non habent.

Ex Gelaſ. in Conc. 70. Epiſt. 1. Diſt. 15. C. Sancta Rom. Ex Colloq. Ratiſb. ſeſſ. 10.
a Egid. Hunnius, aliiſque Sectarii.
b Diſt. 15. C. *Sancta Rom.*

I I I.

Neque unius Sacri Libri pro alio autoritas dignoſci certo, & primo poteſt ex citationibus, aut allegationibus alterius Canonicę ſcripturæ (*a*) Inſtabili quidem fundamēto nititur, ideoque fluctuat horum Novatorum de ſacris Litteris fides; cum perinde incerta ſit Scripturæ allegantis authoritas, ac allegatæ. Quid ſi non omnes Veteris Teſtamenti libri, non omnia ſingulorum Capita (ut in libro Rhut, Eſther, aliiſque contingit) allegentur in Novo? (*b*) Imprudenter Hiſtoriam de Adultera admittent Evangelici ex Joanne; (*c*) & temere damnabunt Reformatos, (*d*) qui Hiſtoriam Suſannæ rejiciunt (*e*) ex Daniele; cum tamen neutra Prophetam, vel Apoſtolum habeat citatorem.

D. D. Catholici. Ex Trid. ſeſſ 4. in Decr. 1. con Kemnit. in Exam. p. 1. ſeſſ. ult.
a BurKaber Contr. 1. n. 10.
b Gerhard. Lutcr. l. 1. P. 1. fol. 5. idem fol. 19.
c Theod Beza.
d Ioan. 8.
e Dan. 13.

I V.

Neque Bibliorum omnium harmonia, atque conſenſus; neque ipſorum pietas, Doctrinæ ſantitas, & quæcumque internæ proprietates ſufficiunt ad ſolidè determinandum quæ ſcripturæ ſint Divinæ. Volvant revolvant; legant, vel audiant tota Biblia Proteſtantes. (*a*) Harmonia eſt: Potuit Bibliorum corruptione diſſonantia auferri. (*b*) Sicubi Antilogiæ; niſi aliunde conſtet, eſſe verbum Dei, contradictiones cenſebuntur. Si ubique pietas. (*c*) expreſſius ſanctitatem ſpirant Libelli Thomæ à Kempis, quam Proverbiorum, vel Canticorum Codex Canonicus.

D. D. Cathol. Ex Trid. ſeſſ. citt.
a Contra Confeſſ. Bohem. in Præfat. pag. 231.
b Auguſta. de Art. Neceſſ.
c Vvalemb. Tom. 2. pag. 639.

V.

In quocumque Sacrorum Bibliorum Lectore, vel Auditore etiam attento non eſt neceſſaria ad certo dijudicandum, qui Libri ſint verbum Dei, prævia Spiritus Sancti invocatio. Error Sectariorum eſt, (*a*) unum quemque
„ Proteſtantem invocato debitè Spiritu Sancto, debere
„ determinare in legendo, vel audiendo, qui nam Libri
„ ſint Canonici; nec poſſe determinari ad credendum,
„ inter alia neceſſariò credenda, myſterium Spiritus San-
„ cti, niſi ex Libris Canonicis. Verum [*b*] *quomodo in-*

voca-

Ex Trid. ſeſſ. 6. c. 6. D. D. Cathol.
a Contra Confeſſ. Helu. art. 16. Iaſchium Exam. Mot. Pet Mart. loc. Comm. Claſſ. 2. c. 6. ſeſſ. 5. 6.
b Rom. 10.

vocabunt in quem non crediderunt? Ex ſolis Scripturis credendus Spiritus Sanctus; atque ex fide in Spiritum Sanctum Scripturæ credendæ ſunt. Eccleſiæ Primitivæ *(c)* Patres, invocato Spiritu Sancto, de Libris, quamvis revera Divinis ſæpe nihil determinarunt, ſæpe *(d)* dubitarunt.

c C. Laodic. Can. 60.
d Euſeb. Hiſt. Ec. l.2.c.23.

V I.

Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. & Can. 4.
Aug. in 1. Io. 4.
D. Th. 2. 2. q. 1. art. 1., & 4.
a Contra Conf. Aug. art. 5.
b Calv. 1. Inſt. c. 7. n. 4.
c Lut. in Præf. Apoc.
d Matth. 19.
e Aug. in 1. Io. 4.

Neque in ſtatu preſentis Eccleſiæ Deus interno Spiritus Sancti, aut *Inſtintu*, aut *Certioratione* (ut vocant) determinat ſcripturarum lectorem, aut auditorem ad diſcernendum fide Divina, quænam volumina ſint ſcripta Canonica. *(a) Spiritus Domini ſuper me.* Vox eſt omnium Sectariorum. At quà cum Fidei Regulà conſonantia; ſi ſpiritus unius eſt alteri occultus, ſi diſpar, ſi ſuper una, eademque Scripturà contrarius? Jacobi Epiſtola *(b)* Reformatis Canonica eſt, *(c)* Evangelicis ſtraminea. Luterus de Apocalipſi dubium reliquit. *(d) ſi Eccleſiam non audierint ſint tibi tanquam Etnici*, & *Publicani.* Ecce Lidium Lapidem. Qui ad Sacra Biblia dijudicanda *(e) Apoſtolicam Eccleſiam audit*, *ipſe eſt Spiritus Dei*; *qui non audierit*, *Hæreticorum ſpiritus eſt.*

V I I.

D.D. Catholici.
Ex Arauſic. 2. Can. 5.
Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.
Contra Recent. Prot. Ioa. Muſæum Tom. 2. De Eccleſia.
a D. Th. 2. ſecundæ q. 2. art. 12. & alibi.
b Conc. Arauſic. 2. ſupra.
c Trid. ſupra.

Supernaturalis Dei Concurſus ad fidem diſcretivam Scripturæ Divinæ à non Divinà non eſt ipſius ſcripturæ elevatio objectiva facta per Spiritum Sanctum. In Cælo, & in Terra elevatio fit efficienter, & ex parte potentiæ. *(a)* In Patria lumen Gloriæ aptat intellectum viſioni Beatificæ; In via lumen Fidei aſſenſui credulitatis. *(b)* Poſità nempe notitià credibilitatis quam & Sectarii admittunt, *(c)* voluntati pius adeſt affectus, ut aſſenſum imperet, intellectui vis ſupernaturalis, ut aſſenſum eliciat.

V I I I:

Trid. ſeſſ. cit. De Can. Scrip.
Idem ſeſſ. 6. c. 8.
Laodic. Can. 59.
Cartag. 3. Can. 47.
a Calv. l. 1. Inſt. c. 8. ſeſſ. 9.
b Brent. ap. Hoſium l. 4 Tradit.
c Molinæu. in Neo Pap. l. 1. c. 51. Gerhar. l. 2. P. 1. a fol. 105.
d 1. Tim. 3.

In Eccleſia Chriſti ordinarium, immediatum, & certum Medium dignoſcendi fide infallibili Scripturas Divinas eſt ſola Eccleſiæ Romano-Catholicæ Autoritas. *(a)* Sacram Scripturam haberi ex Traditione, *(b)* atque hunc „ Librum præ alio eſſe Sacram Scripturam ex Eccleſiæ „ Teſtimonio docent & Novatores, *(c)* ſed ex Traditio- „ ne, & Teſtimonio fallibili, & pure Hiſtorico; quod ſci- „ licet humanam pariat tantummodo fidem. Verum quo certo Medio innoteſcat ſine periculo erroris Revelatio de Divinitate Scripturæ, *(d)* niſi ex *Firmamento*, & *Colum-*

Digitized by Google

Columna veritatis Eccleſiâ, (*e*) quæ inconcuſsè permanet in iis, quæ *didicit*, *ſciens à quo didicerit*? Sancta Antiquitas non credidit Evangelio, (*f*) neque hunc Librum præ alio eſſe Evangelium Mathei, niſi ex infalliqili Eccleſiæ autoritate. (*g*) Atque ipſi Proteſtantium Coriphæi diſcernere Verbum Dei à verbis hominum. ſolius eſſe Eccleſiæ confeſsi ſunt.

e 2. Tim. 3.
f Aug. con. Ep. Fund. c. 5. Icem l. 28. con. Fauſ. c. 11.
g Lut. De Cap. tiu. Bab. Tom. 2. fol. 58. Pe. Mart. in Loc. Cô. Loco. 6.

I X.

D. D. Catholi Ex Trid. ſeſſ. 4. in Decr. De Can. Script.

Ad primam Fidem diſcretivam Scripturæ Canonicæ, neque immediatè movet Eccleſiæ Teſtimonium, neque Bibliorum ſcripta Revelatio. Calumnia Hæreticorum (*a*) eſt, Catholicos in credendis Sacris Bibliis, aut Fidem Divinam facere humanam, aut humanam Eccleſiæ autoritatem facere Divinam. Nonne (*b*) *Fides eſt circa* (ideſt propter) *ſimplicem*, *& ſemper exiſtentem veritatem*? Eccleſiæ ſecundum ſe ſumptæ Divina veritas nulla eſt: (*c*) Et ſcriptura credenda non ſe revelat, ſed revelatur. Quid ergo? Apoſtolorum de ſcripturis, quas tradiderunt, conſule Teſtimonium. (*d*) Hoc Dei Verbum: hoc proponit, non facit Eccleſia: Verbum propoſitum fidem parit.

a Ex Lut. l. De Falſo ſtat. Cler. Gerhar ſupra Ex Calv l. con. Anab. c. 9. Molini ſupra.
b Dion. Areop. De Div. Hom. c. 7.
c D. Th. 2. ſecundæ q. 1. art. 4.
d Idem ibid. art. 1.

X.

D. D. Catholici Ex Trid. Decr. De Can. Scrip. & Decr. De uſu Sac. Bibl.

Neque proinde Eccleſia eſt fundamentum Sacræ Scripturæ, neque Sacra Scriptura fundamentum Eccleſiæ; ſed utraque Chriſtianæ Fidei Regula eſt, altera revelando, altera revelationē proponendo. Calumnioſè dicitur, (*a*) „ Eccleſia Pontificia ſcripturam facere Divinam, & Scriptura Eccleſiam infallibilem. (*b*) Utriuſque fundamentum eſt Chriſtus Deus. (*c*) Scripturam dictando Verbum Dei fecit, Eccleſiam inerrabilem aſſiſtendo. (*d*) Altera alterius autoritatem notificat, non tribuit. In Sacris Bibliis *Dicit Dominus*, in Eccleſia homines: (*e*) ſed quæ ſemel à Chriſto didicit tenet, & nunquam ab eo diſcedit Eccleſia.

a Contra Luteran. apud Gerh. ſup. fol. 52. Calv. ap. Ames Tit. 1. fol. 6.
b Epheſ. 2.
c D. Th. Epheſ. 2. l. 6
d Iren. l. 2. c. 4. Melch. Can. De Loc. Theol. l. 2. c. 6.
e Cypr. Ep. ad Cor.

X I.

D. D. Cathol. Ex D. Th. 2. 2. q. 1. art. 4. Tann. Tom. 3. fol. 250 Contra

In credendis prima fide Sacris Bibliis ex Eccleſiæ Autoritate, & Eccleſiæ Autoritati ex Bibliis, nullus in Doctrina Catholicorum committitur circulus. (*a*) Admiſſo videlicet Verbo Dei ſcripto, & non ſcripto; atque diversâ credibilitatis notitià propoſito, (*b*) optime *parati ſunt ſatisfacere Catholici*, *& ſatisfaciunt omni poſcenti rationem de ea*, *quæ in ipſis eſt* Fide.

a Ameſ., Corrigium, Molin.
b 1. Pe. 3.

Digitized by Google

X I I.

D.D. Cathol. Valẽt. De Fid. q. 1. P. 1 Vvalembnn K. Tom. fol. 386.
a Pſal. 11.
b Ameſ. ſupra. David Paræus. De Verbo Dei Theſi 23.
c Io. 3.
d Aug. Con. Fau. l. 13. c. 3.

Verum Proteſtantes aſſerto ſuo Privati Spiritùs Inſtintu, in analyſi ſuæ de Scripturis, & Spiritu fidei, vitium circi vitare non poſſunt. (*a*) *In circuitu impii ambulant*. Quid enim illa mirabilis reſolutio, (*b*) niſi „ à puro Spiritu Privato ad Scripturam, & à Scriptura „ ad Privatum Spiritum revoluta vertigo? (*c*) *Spiritus* „ illis, *non ubi vult*; ſed ubi volunt *Spirat*: atque ideo (*d*) Scripturas, *quas volunt*, *credunt*, *quas nolunt non credunt*, *ſibique potius*, *quam Evangelio credunt*.

CAP. III.

CAPVT TERTIUM.

Profunditas Sacrarum Scripturarum Contra Vviclephiſtas, & Proteſtantes.

Principium Orthodoxis, & Eterodoxis Commune.

I.

SAcra Biblia intrinſecè, & ſecundum ſe ſunt clara, & perſpicua; quatenus à Patre Luminum dictata verè (b) *Sapientia, Lux*, *Lucerna* dicuntur, & ſunt, „ (c) qua mentes hominum, qui ea ritè ſcrutantur, illu-„ ſtrantur, & ab erroribus liberantur.

a Cathol. Ex Trid. in Decr.
b Proteſt.ex Theol. Synop. Prov. 3.

THESES CATHOLICÆ.

SAcra Biblia ſecundum literam ſumpta non omnia ſunt omnibus legentibus à Deo aperta, ut ad intelligentiam ſui nullam declarationem, aut ſolius Grammati-„ cæ peritiam requirant. [a] De tota Scripturâ nullam „ partem vult dici obſcuram Luterus. [b] Modicum „ Grammaticum gnarum eſſe interpretem, ait Vviclef-„ fus. At [c] putas ne intelligunt quæ legunt? [d] Imo *indocti homines depravant.* Sunt enim in Bibliis *quædam difficilia intellectu*, quæ *propriâ interpretatione non fiunt.* Clamat Eunuchus Hebraicæ linguæ non ignarus. [e] *Quomodo poſſum, niſi aliquis oſtenderit mihi?* [f] Cantat „ Palinodiam Luterus impudentiſsimum vocans, qui „ audeat profiteri, unum Scripturæ locum à ſe in om-„ nibus partibus intellectum.

Ex Decr. Trid. ſup. D.D.Cathol.Salmer. Prologom. 2. Hoſius De Hæres.
a Lut. l. De ſervo Arbi.
b Vvicleff. apud Vvalden.
c Act. 8.
d 2.Pe.ult.& 1.
e Act. ibidem.
f Luter.Præf.Oper. in Ph. 11.

I I.

Imo ex Sacris Bibliis ſecundum literam ſumptis plura ſunt abſcondita, atque obſcura humilibus, & regenitis, ne dum Superbis, & Infidelibus. [a] *Si opertum eſt Evangelium.* (inquiunt Sectarii) *in iis*, [b] *qui pereunt, eſt opertum.* Numquid ergo [c] Agnus Typicus credentibus aperuit Librum, *& ſoluit ſeptem ſignacula ejus?* [d] Eſto quoad Chriſti myſteria; ſed quoad ſententiam verborum, [e] *orandus eſt ab omnibus Agnus, ut Libros ſignatos dignetur aperire.*

D.D. Cathol.Ex cod. Conc.ibid. Contra
a Brocman. De Scrip.c.1.q.6. HanneK. in
b 2. Cor. 4.
c Apoc. 5.
d D.Th. in 2. Cor. 4. lect. 2.
e Origen. hom.12. in Exod.

Digitized by Google

III.

Ex Conc.& Eccl.Pr. C.C. Tom.3. p.460. & Tom.4.pag.337. Contra
a Moline Neo Pap. el. 3.
b Crocium Syn. Theol. Diſp. 5. Th.5.
c Cc. Nic. 1.
d C.P.1., e Epheſ.
f Calced.
g Phal. 112.
h Aug.l.2. De Doc. Chr.
i Matth. 26.
K Chrytop. Raſperg.l.edit Ingolſt.Ann.1575.

Inſuper nec omnia neceſſario credenda, quæ continentur in Scripturis, ſunt clara, & aperta viris Fidelibus „ legentibus ſecundum literam,aut audientibus. [a] Po„ teſt quiſque regenitus cenſere lumine naturali ex quo„ vis Sacro Textu de Doctrina Fidei; [b] tametſi ea „ ſub anathemate proponatur à Conc. Generali. Ita Pro„ teſt. Verum Concilia contra [c] Arium [d] Neſtorium, [e] & cæteros concluſerunt ex Scripturis quidem, ſed [f] *per ſymbolorum, aut Patrum conſonam expoſitionem explicatis.* [g] *Declaratio ſermonum* Domini *intellectum illuminat*, non litera. Noſtri illuminati [h] *multis obſcuritatibus decipiuntur, qui temere ſcripturas legunt.* Super uno Matthei verbo. [i] *Hoc eſt Corpus meum* [k] ducenta inter ſe diſſonas, omneſque hæreticas interpretationes indagarunt.

IV.

D.D.Cath. Ex Conc. præſertim Trid. ſupra contra
a Gerhar. fol. 161. Ameſ. ibid. ſegl. 27.
b Joa. 10.
c Ibid. 17.
d Marc. ult.
e Ioa. 6.
f Iren. l. 2. c. 47.

Neque omnia, quæ credi oportet, clara ſunt, & aperta Renatis, ſeù Fidelibus mediatè, & in eo ſenſu, quod, ſi aliquibus in Teſtibus ſint eis abſcondita, vel obſcura, eadem in aliis clariſsimè explicentur: [a] Scriptura Scripturam explicat. At non omnis omnem. Pro conſubſtantialitate Filii cum Patre citabant Niceni Patres Textum: [b] *Ego & Pater unum ſumus.* Pro ſola conſimilitudine reponebat Arius alterum. [c] *Ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus.* Imo quod alicubi clarè dictum videtur, alibi obſcuratur. Clarum illud. [d] *Ego vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſæculi.* Sed quid de alio: [e] *Me autem non ſemper babebitis?* univerſim. [f] *Quædam de Scripturis in noſtram venere ſcientiam; cætera commendanda Deo, forte nunquam diſcenda, niſi in ſæculo futuro.*

V.

Ex Decr. Trid.ſeſſ.4. De uſu ſacr. lib.
a Apoc. 5. ex Hier. Orig. in idem caput.
b Luc. 24.
c Trid. ibip.
d Moline Pare ſupra
e Orig.l.7.con. Cæ um
f Hier.Ep.ad Paul.
g Aug. Ep.19.c.27.

Sacra Scripturæ, independenter ab Eccleſiæ magiſterio, obſcuræ ſunt, & doctis, atque indoctis, Fidelibus, atque Infidelibus pleræque abſconditæ. Ecce Librũ Apocalypticum [a] Scriptum *intus, & foris.* Quis ſolvat *ſeptem ſignacula ejus* præter Agnum Dei, [b] qui *aperuit* Apoſtolis *ſenſum, ut intelligerent Scripturas?* [c] Eccleſiæ ſolius eſt *de vero Scripturarum ſenſu judicare.* Et falſo [d] Enthuſiaſtæ moderni lucem ſomniant in ſpiritu ſuo Privato; quando [e] clariſsima Eccleſiæ lumina fatentur [f] *Scripturas multis eſſe in locis obſcuras; tot babere Sacramenta, quot verba;* [g] *& plura in eis ſe neſcire, quam ſcire.*

CAP. IV.

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

Multiplex Sacrorum Bibliorum ſenſus contra Sactarios Recentiores.

Principium Pontificiis, & Proteſtantibus Commune.

CErtum eſt omnibus, ſenſum literalẽ, quem ſcilicet verba primo, & immediatè ſignificant, in omnibus, & ſingulis Scripturæ ſanctæ locis, à Deo loquente intendi. Cum enim [a] *Scriptura omnis Divinitus inſpirata* nullum habeat Textum, in quo litera non aliquam enunciet immediatè veritatem, nullum pariter, tum Pontificii, tum Proteſtantes immediatum accipiunt verborum ſenſum, quem Spiritu Sancto inſpirante eumque intendente [b] *Sancti Dei homines loquuti non ſint.*

Cathol. Ex Aug. de utilit. creden. c. 3. D. Th. PP. q. 1., art. 10 Proteſt. ex Gerhar. l. 2 P. 1. fol. 168.

a 2. Tim. 3.

b 2. Pe 1.

THESES CATHOLICÆ.

I.

IN Sacris literis ſenſui Literali *Vero*, ideſt à Deo intento non repugnat; imo cum laude additur ab Eccleſiâ ſenſus *Accomodatitius*; quem videlicet ad res aliquomodo ſimiles pie accomodant homines: quantumvis firmum inde argumentum ad determinandum pro Fide ex illo ſenſu duci non poſsit. *a* Si præter Dei mentem, non ideo contra de Martiribus ſingulis loquitur Eccleſia, quod de ſolo Joſepho loquutus eſt Deus: *b* *Deſcendit cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum.* Et convenienter Sancti Patres *c* ſenſum de Sapientiâ, de Sponsâ accomodant Magnæ Deiparæ, optime gnari, ſe Divinæ Menti non contradicere, ſed imitari.

D. D. Cathol. Ex Eccl., & P. P. praxi BurKaber Controv. 5. n. 1.

a In liturgia Rom

b Sapien. 10.

c Aug. Greg. Bernard.

I I.

Ultra ſenſum Literalem *Simplicem* convenienter adhibet Spiritus Sanctus, & *Metaphoricũ*; hoc eſt figuris, & tropis Divina Myſteria in Sacris Bibliis pronũciat. Optime quidem *(a) in manibus Prophetarum aſſimilatus eſt Deus.* Non enim aptius illuceret hominibus corporeis, Divinæ Doctrinæ radius, niſi *(b) varietate Sacrorum vela-*

D. D. Cathol. Ex Dion. Are. De Cæl. Hier. c. 21. D. Th. l. 3. con. Gent. c. 150.

a Oſee. 12.

b Dion. Areop. ibid.

Digitized by Google

velaminum depictus. Sapientibus,& Inſipientibus os ſuum *in parabolis* aperuit [c] Deus. Inſipientibus,[d]ut per corporeas figuras intelligibilia percipiant: ſapientibus autem,[e]ut ex ſenſibilibus quid non ſit Deus edocti, per ſpiritualia quid ſit Deus intelligant.

c Pſal. 77.
d Dion. ibid. c.2.
e D. Th. 1. P. q. 1. art. 4.

III.

Sacra Scriptura ſub una, eademque literà plures ſenſus literales à Deo ſimul intentos habere poteſt, & non raro habet. [a] Poſſunt homines ſignum unum ad duo ſignificanda inſtituere, aut inſtitutum aſſumere, cur non poſsit uno verbo duarum rerum ſignificationem intendere, qui Scripturæ, qui vocum, qui rerum Autor, & Inſtitutor eſt Deus? Recte quidem Textum Iſaiæ: (b) *Generationem ejus quis enarrabit*, tum de æterna Generatione à Patre Deo, [c] tum de temporaneâ à Matre homine,& Virgine exponunt P. P.; quando & Pſalmi verba. (d) *Filius meus es tu: ego hodie genuite*, etiam [e]de Chriſti Reſurrectione interpretatur Apoſtolus.

Theol. Cathol. ex P.P. Aug. Confeſſ. l. 12 c. 18. ex Theol. 4. ſent.
a Gaiet. in D. Th. 1. P., q. 1., art. 10.
b Iſa. 53.
c P. P. apud Tirin. Comm. in Iſa. ibid.
d Pſalm. 2.
e Actor. 13.

IV.

Senſui Literali in Sacris Bibliis à Deo intento accedit frequenter & ſenſus *Myſticus*; qui nempe, mediantibus rebus per voces immediatè ſignificatis, à Spiritu Sancto intenditur,& indicatur. (a) *Multifariam, multiſque modis loquutus eſt olim Deus Patribus in Prophetis*; neque minus ejus facta, quam dicta in veteri Teſtamento, (b) *ſunt* „ *umbra futurorum* in Novo. „ Quid ergo Proteſtantes „ [c]Myſticos quoſque Sacræ Scripturæ ſenſus, quaſi „ Pontificias nugas derident? Inſani quidem, qui Verbi Dei (d) *Librum ſcriptum intus, & foris*, foris male legunt, intus rejiciunt. [e] Audiant Antiquitatis ſanctæ fidem. (f) *Sacra Scriptura omnes ſcientias ipſo loquutionis ſuæ more tranſcendit; quia uno eodemque ſermone, dum narrat geſtum, prodit Myſterium.*

D.D. Ex P.P. Dion. Cæl. Hier. P. 1. c. 5. Aug. de util. cred. c. 3. Greg. Mor. l. 20. c. 1.
a Hæbr. 1.
b Coloſſ. 2.
c Apol. Conf. Aug. Tit. de Sacrif. Miſſæ. Gerhar. ſupra fol. 268
d Apoc. 5.
e Hier. Comm. in Ezechi. c. 2.
f Gregor. M. Moral. l. 20. c. 1.

V.

Etiam ex ſenſu Myſtico peti poteſt argumentum ad determinandum pro Fide; ſi tamen de ejuſmodi ſenſu à Deo intento, vel ex alia Scriptura, vel ex Eccleſiâ, vel ex Patrum unanimi conſenſu conſtet. Non ne perinde à Deo dictus, & intentus; ac proinde perinde infallibilis, & credendus ſenſus Myſticus, atque Literalis? Pariter Dei Verbum eſt loquutio literalis de Agno Paſchali (a) *Os non comminuetis ex eo*; atque eadem Typica Agnum Paſ-

D.D. Cathol. Ex Trid. Decr. de uſu Sac. Lib. D. Th. 1. P. q. 1. art. 10
a Exo. 12.

Paſchalem aſſumens in figuram Corporis Chriſti in „ Cruce non frangendi „ [*b*] Apud Eterodoxos Allego„ riæ non pariunt formas probationis. [*c*] At ubi Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum ſomniandum eſt, [*d*]figuras, & typos ex Daniele, & Apocalipſi non minus inepte, quam falſo pronunciant.

b Conf. Aug. ſupra
c Tann. P. 1. Anat. Conf. Aug. Demon. 5.
d Lut. in Apoc. 13. Ames. Pottellus] Ex Dan.

V I.

Utrumque Teſtamentum ſenſum continet ſpiritualem, & Myſticum: ſed Teſtamentum vetus attributivè, Novum ſecundum quid. *a* Quemadmodum Lex vetus figura eſt Legis Novæ, ita lex Nova figura eſt futuræ Gloriæ. In Capturâ Piſcium, Chriſto morituro, (*b*) *ſcindebatur rete*, (*c*) Chriſto redivivo, *non ſcindebatur rete.* Magnum Myſterium! (*d*) *In Eccleſia Militante Schiſmata ſunt, quæ ſarciantur.* (*e*) In Triumphante *ſcandala eſſe non poterunt, quæ colligantur.*

D.D. Cathl. ex PP. Dion. ſupra Aug. Tract. 122. in Io. D. Th. ſupra.
a Hebr. 7.
b Luc. 5.
c Io. 21.
d Aug. ſupra
e Greg. M. hom. 12. in Evang.

V I I.

Diviſio ſenſus Myſtici in *Allegoricum*, *Tropologicum*, & *Anagogicum* facta à Scholaſticis Theologis eſt eadem quoad rem cum Diviſione facta à Patribus. [*a*] Quæcumque in Sacris literis ſunt per *Allegoriam dicta*, hæc omnia [*b*] Patres ſub uno *Allegoriæ* nomine confundebant. In Eccleſia [*c*] Dei manent *Fides ſpes Charitas*: *Tria hæc.* Atque in Scripturâ [*d*] triplex eſt Myſticus ſenſus, Allegoricus reſpondens Fidei, Anagogicus ſpei, Tropologicus Charitati. Univerſim. [*e*]

Litera geſta docet. Quid credas Allegoria,
Moralis quid agas. Quo tendas Anagogia.

a Gal. 4.
b Baſil. hom. 9. Examer. Aug. De util. cred. c. 3. Hier. Amcſ. 4
c 1. Cor. 13.
d D. Th. ſupra.
e Liranus.

CON-

CONTROVERSIA SECUNDA DE Fontibus, Verſionibus, & Canone Sacrarum Scripturarum.

CAPUT PRIMUM.

Fontes Sacrarum Scripturarum Contra Recentiores Novatores.

Principium Catholicis, & Acatholicis Commune.

D. D. Polem.
Melch. Can. de Loc. Th. l. 2.
Greg. Val. de Fide diſp. 2. q. 1. P. 7.
Prot.
Ames] ſupra
Gerh.]

Nomine Fontis Biblici venit in preſenti apud omnes quicumque liber, aut codex, qui à Propheta, vel Apoſtolo, Spiritu Sancto dictante, conſcriptus eſt; idemque, idiomate omnino immutato, ab amanuenſibus, aut typographis deſcriptus, vel impreſſus, primigenius ſenſu, & verbo ab Hagiographis immediate promanat.

THESES CATHOLICÆ

I.

D. D. Cathol.
Salmer in Prolog.
Bell. de Verb. Dei l. 2 c. 1. Ex P. P.
Hier Ep. ad Damas.
Aug. de Civit. l. 16. c. ult.
a Euſeb. Præpar. Evang. l. 16. c. 2.
b Gen. 2.
c Ibid. 11.

Fontes Hæbraici; nempe Verbum Dei à tempore Moiſis ad Captivitatem Babilonicam literis exaratum, eadem linguâ deſcriptũ eſt, qua primum à Deo Adamo infusâ Seth, Enos, cæterique inde Patriarchæ loquuti ſunt. *a* Conſule in Hæbraico Codice propriorum nominum etymologiam. Profecto non in aliâ linguâ facilius invenies, quam in ea, *b* quâ primum uſus eſt Adam.. *(c) Terra*

erat

Digitized by Google

erat unius Labii, & eorumdem ſermonum; at *d* ſurgente confuſione Babelicâ, in domum Heber recepta eſt, ibique prima omnium lingua, prius nomine incerta, (*e*) *Hebraica* dicta eſt ab Heber, non novam inſtituente, ſed avitam ad familiam ſuam reſtringente.

d Ambroſ. in Philipp. 3.
e Eucherin Gen. 11.

I I.

Liber Iob, *a* quamvis ab ipſo Iobo ante Moiſen linguâ Caldaicâ ſcriptus ſit; tamen ab eodem Moiſe *b* verſus in linguâ Hebraicam, atque in multis ex dono Prophetiæ auctus, & expoſitus, verſorem ſuum pro Hagiographo Autore habet; atque *c* in Synagogæ Canone Hebraici Fontis potius, quam Translationis autoritatem obtinuit.

D. D. Cathol.
a Ex P.P. Orig. in Gregor.] Iob
b Apud Tirin com. in Iob.
c Iſidorus l. 1. Off. c. 12. Abulen. in Prol. Gen.

I I I.

Probabile non eſt, Eſdram Hebraica Biblia in excidio Hieroſolimitano flammis penitus abſumpta, iterum, dictante Spiritu Sancto, eructaſſe: bene vero partim depravata, partim diſperſa in unum volumen collegiſſe, & emendaſſe. (*a*) Ducenti quatuor Libri velociſsimis quinque ſcriptoribus, quadraginta dierum ſpatio ab Eſdra dictati; atque ex iis ſeptuaginta Populo abſconditi, & ſolis ſapientibus traditi, *b* nullâ Canonicâ Scripturæ autoritate nituntur; & fabulas redolent Talmudiſtarum. Quin potius *c* ex autentico Textu *Eſdras ſcriba velox in Lege Moiſi*, poſtulante populo, (*d*) *Legem attulit*: legit, & interpretatus eſt; *e* atque adeo non conſumpta flammis iterum dictabatur; ſed adhuc ſervata, tunc populo explicabatur inventa.

Ex P. P. Hil. Præf. in Pſalmos. Clem. Alex l. 1. ſtrom. Theodor. Præf. in Pſal. Hier. in Prol. Galea.
a 4. Eſdræ 14. Apocryfo.
b Diſt. 15. C. *Sancta Romana*.
c 1. Eſdræ. 7.
d 2 Eſdr. 8.
e Tertull. l. de Hab. Mulier. Bell. l. 2. c. 1. ſupra.

I V.

Fontes Hebraici, prout nunc ſcaturiunt, (ſive typographorum incuriâ, injuria temporum, Judæorum inſcitiâ, ſive etiam malitia Rabbinorum, à qua re præſcindimus) pluribus in locis fluunt turbidi, atque corrupti: adeo ut ad determinandum, atque in formâ probante pro Fide, illis undequaque prudenter fidere nemo poſſit. *a* Utique ceſſante materiâ Divinæ revelationis Divina ceſſat & Revelatio. *b* Non enim in ſubreptitiis hominum vocibus Verbum continuat Deus. At quæ certa eſt originariæ Revelationis materia in Hebraicis Archetypis, *c* ſi ſententiâ diſſonant ab aliis Scripturis, & Primæ Eccleſiæ Citationibus? Falſo Nos provocant ad Fontes tanquam limpidos Moderni Sectari, *d* quando & ipſi non illimes fluere confitentur.

D. D. Cathol.
Ex Hier. Præfat. Paralipp. Melch. Can. de Loc. l. 1. c. 15. Valen. ſupra q. 1. P. 7. Driedo l. 2. de ſcrip. c. 1.
a Bell. l. 2. c. 2.
b Vvalemb. ſupra.
c Prot. Kēnil. in Ex: Calvin. in Antid. [C. Trid.]
d Idem 1. Inſtit. c. 6 ſeſſ. 11.

Digitized by Google

V.

Fontes Caldaici, (*a*) nempe Libri Tobiæ, Judith, & (*b*) ex parte Libri Exdræ, & Danielis Caldaicâ linguâ primo editi; tum, ſi qui ſunt Fontes Syriaci, *c* (quidam putant Librum Ecclebaſtici, & primum Macabæorum Syriaca linguâ primo eſſe conſcriptos) utique omnes, & undequaque pro Canonicis haberentur in Ecsleſia, *d* ſi genuinâ puritate fluerent, quam à primis Hagiographis habuerunt.

a Ex Hier. Ep. 100. ad Cromat.
b Eodem in Prol. Judit. Munstero Præf. in Heb. Iob.
c Hier. in Prol. Galeato. Eodem in Prol. Prov.
d Bell. ſupra c. 3., & 4. Burkab.

V I.

D. D. Cathol.

(*a*) Fontes Græci (plerique videlicet N. T. Libri ab iis Apoſtolis, quorum nomina præfixa ſunt in Titulis, Græce primo conſcripti) nec omnino corrupti ſunt; (*b*) neque adeo ſinceri, & limpidi manant in preſenti; ut (*c*) neceſſario ad eorum normam quæcumque Scriptura, ubi ab eis diſſentiat, corrigenda ſit. Græci Fontes Apoſtolica Editio ſunt. Quin ſuſcipimus, & veneramur? Non adeo depravarunt olim Marcion, & Arius, quin eos (*d*) Epiphanius, & Ambroſius priſtinæ ſinceritati pro eo tempore reſtituerint. At adhuc in illis quam multa deſint, quam multa ſuperfluant [*e*] oſtendunt Patres, Latina Vulgata demonſtrat. Imo Calvinus ipſe (*f*) probat, non ubique in Originariis, quæ circumferuntur, Apoſtolicam ſervari veritatem. Quorſum igitur Calvini aſſeclæ Latina ad Græca ſemper corrigi debere conſentiunt.

a Bell. l. 2. c. 7.
b Ex Athan. in ſynopſi Hier. Præf. in Ep. Cathol.
Contra.
c Calvin. Majorem, & Recent.
d Epiph. hereſi 42. Amb. l. 3. de Sp. S. c. 11
e Tu ſull. l. 5. in Mar. Hier. Ep. ad Marcell.
f Calv. Inſt. c. 7. ſeſſ. 11.

V I I.

D. D. Cathol. ex P. P.

Idem demum ſentiendum eſt (*a*) de Evangelio Matthæi, & Pauli Epiſtolâ ad Hebreos Hebraico ſermone ſcriptis, (*b*) atque de Marci Evangelio latinè primum edito ab autore, quem præmonſtrat in Titulo. Addendum tamen, tria hæc in Græcam linguam ab Apoſtolicis viris; (*c*) imo à primis ſuis Autoribus (ut fert opinio) translata, eam obtinuiſſe autoritatem, ut Fontis potius rationem habeant, quam Verſionis.

a Iren. l. 3. c. 1. Athan. in ſynop.
b Hier. Præf. in Matth. Pōtif. Damaſi.
c Bell. l. 2. c. 7.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM.

Verſiones Sacrarum Scripturarum.

Principium Catholicis, & Sectariis Commune.

VErſio *Scripturalis* ſonat apud (*a*) omnes Propheticæ, aut Apoſtolicæ Scripturæ ex originario idiomate in alienum verbalem, aut paraphraſticam Translationem, aut verbis aliis Interpretationem. (*b*) Hæc autem, *cum aliud ſit eſſe Interpretem, aliud Prophetam*, potius à conformitate cum primis Autoribus, quam ab Interpretibus, (*c*) qui *errare poſſunt*, Canonicam Autoritatem habet.

a Cath. Proteſt.

b Hier. de opt. Gen. Intepret.

c Aug. Ep. 8. ad Hier.

THESES CATHOLICÆ.

I.

TRanslatio veteris Teſtamenti (*a*) ex Hebræo, & Caldæo (forte etiam ex Syriaco) originario in Græcum ſermonem à ſeptuaginta duobus Senioribus, (*b*) ſeptuaginta pariter duorum dierum ſpatio perfecta, (*c*) eâ Translatorum conſentione, ſententiarum, verborumque cum Fontibus conſonantiâ elaborata eſt, (*d*) ut verſores Prophetæ potius, quam Interpretes habiti ſint. Verſio ipſa (*e*) ſtatim à Synagoga pro genuino Verbo Dei recepta; imo ab Apoſtolis, & Evangeliſtis adhibita, (*f*) inde in Eccleſia Chriſti ad annum uſque quadringenteſimum veneratione, atque uſu ſuſcepta eſt, atque etiam nunc in Pſalterio legitur, & ſuſcipitur.

a Ex Ioſeph. l. 12. Antiq. c. 2.

b Philone l. 2. de vit. Mo.

c Ariſtæo in Hiſt. Verſ. ſept. Anno mundi 3770. & Ante Chriſtũ circiter 280.

d Tertull. Apolog. c. 2.

e Epiph. de Menſ. & Pond.

f Cabaſſu. Notit. Eccl. pag.

II.

(*a*) Ejuſmodi tamen Verſionis prodigioſum fere ſucceſſum non cenſemus tribuendum Cellulis illis, quibus apud Pharum Egipti ſinguli, (*b*) & ſinguli, (*c*) aut bini, & bini Seniores incluſi totidem exemplaria verbis, & ſententiis omnino conſonantia confecerint (*d*) ſed potius brevitati temporis, & miræ verſorum concordiæ, qua in eam-

a Bellarm. l. 2. de Verbo Dei c. 6.

b Epiph. de Menſ. & Pond.

c Iuſtin. M. Or. ad Gent. à P. Tolomeo Philadelphio Egiptiorum Rege præparatis.

eamdem Baſilicam ſingulis diebus convenientes, (e) atque inter ſe conferentes pari ſententiâ, paribusque verbis in Sacra Translatione concordarint.

d Tertull. Apol. c. 19. Euſeb. l. 8. Præp. Eu. c. 1.
e Hier. Præf. in Penth.

III.

Non videtur tamen refutanda ſententia (a) Hebræorum & (b) Patrum, ſeptuaginta nempe Seniores Spiritu Sancto ſpeciatim afflatos, & Prophetico potius dictamine, quam communi Interpretum Sacra Biblia tranſtuliſſe. Ejuſmodi tamen Translatio, nec omnino integra, nec omnino abolita noſtro tempore dici poteſt: (c) verum adeo vitiata; imo corrupta, (d) ut genuinam autoritatẽ, & primi geniæ faciem vix aliquibus in locis retineat.

a Ex Hebr. Ioſeph.] ſupra Philo.] Ariſtæ. Hiſt. Verſ.
Ex P. P.
b Euſeb. Chriſoſt. Aug.
c Hier. Præf. in Penth. Idem Præf. in l. Paralipp.
d Bell. l. de Verb. Dei c. 6.

IV.

Item in (a) triplici Veteris Teſtamenti Grecè facta verſione (primam (b) Aquila verbum verbo, ſecundam Symmachus ſenſum ſenſu, tertiam Theodotion partim verbo, partim ſenſu elaboravit,) Autoritas, vel nulla, vel exigua eſt; (c) in iis præſertim, quæ ad Chriſtum, & ad Chriſti Religionem ſpectant. Utique allatæ Verſiones apud Originem, Hieron, alioſque P. P. autoritatem habuerunt; imo & habent aliquam in Catholicâ Eccleſiâ, (d) quæ ex Theodotionis Translatione, *totum olim legebat Danielem*, atque etiam (e) nunc ex parte legit. Verum verſores iſti eâdem fraude, præſertim ea, quæ ad Chriſtum ſpectant, vertiſſe creduntur, quâ Chriſti fidem deſeruerunt. (f) Siquidem omnes, Aquila ex Chriſtiano, Symmacus ex Herætico Ebionitâ; Theodotion ex Marcioniſtâ Proſelyti Iudæorum facti ſunt; & fide Judaicà Sacros de Chriſto, ejuſque Myſteriis Libros expoſuerunt.

Ex P. P.
a Athan. in Synopſi Epiph. de Menſ. & Pond. Hier.
b Bellar. l. 2. c. 5.
c BurKab. Controv. 4. n. 12.
d Hier. Præf. in Daniel.
e In Vulg. Latina Duo poſtrema Capita, cum Hinno Puer, & Oratione antecedenti c. 3. Danielis.
f Epiph. l. de Menſ. & Pond. Euſeb. l. 6. Hiſt. Eccl. Hier. ſupra.

V.

Demum veteris Teſtamenti Caldaica Translatio (a) à Rabbinis Onchelo, Jonata, & Joſepho cæco confecta; & quam Hebræi *Targum*, id eſt Paraphraſim vocant; Tum Syriaca Novi Teſtamenti Interprẽtatio à Maronitis (b) Sancto Marco attributa, hoc tantum utilitatis habent, quod Caldaica; quamvis Talmudiſtarum fabulis conſperſa, (c) firmum tamen præſtat argumentum ad determinandum pro Chriſto contra Judæos, qui Targum magni faciunt. Syriaca vero mentione, quam facit de veneratione S. Crucis, de Jejunio Quadrageſimæ, de Commemoratione Fidelium Defunctorum, utilis eſt ad confundendos Hæreticos recentiores.

a Bellar. ſupra c. 4. Serrar. in Prologom. c. 15. q. 1.
b Eccl. Syri.
c Franc. Card. Ximen. Præf. Complut. Bibliorum.
Bell.] ſupra BurKab.] n. 1.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

Verſio Latina Vetus Vulgata. Contra Sectarios Recentiores.

Principium Pontificiis, & Proteſtantibus Commune.

(a) Quod aliqua verſio ſit intrinſece Canonica, & verbum legitimum Dei, in omnimoda conformitate quoad ſenſum cum Scripturâ Originariâ conſiſtit. (b) Scriptura enim, non in verbis, ſed in ſenſu eſt. Et quamvis, non tam agentes, quam acti à Spiritu Sancto dictante ſenſum, & literas, (c) quaſi Dei ſcribentis calami, ſcripſerint primi Hagiographi; tamen ubi Doctrinæ Autorem Deum, ubi Deum ſcribam novimus, „ (d) non eſt cur Scriptorem de calamo, & Scripturam de „ litteris perſcrutemur.

a Cathol. & Acath. apud Vvalemb. Tom. 1. In Diſcuſſ. Sacr. Bibl. à pag. 713.

b Hier. Gal. 2.

c Phal. 46.

d Greg. M. Præf. in Iob. c. 61.

THESES CATHOLICÆ.

I.

Ex omnibus diverſarum linguarum Bibliis illa ſolum Latina, *quæ vetus editio, & vulgata* dicĭtur, ſimpliciter, & abſolute hodiè ſunt autentica; Cætera vero eatenus admittenda; quatenus cum hac Latinâ Editione concordant. (a) Quare precor Germanica, & Hollandica, Helvetica Biblia ſunt Canonica apud Sectarios; niſi quia, (b) aut putant, aut volunt per omnia primigeniis Fontibus eſſe concordia? At turbidi rivi turbidum fontem ſapiunt. (c) Limpidos conſulant, quos in Latina vulgata Eccleſiâ Priſca ſine fæce deduxit. Etiam Auguſtini tempore „d„ *cæteris Interpretationibus Itala præferebatur*. ſæ Latinâ Vetere Scripturas exponebant Patres. Hæc longo „e„ culorum uſu probata, ad Originalium normam examinatâ, & „f„ *veracior in ſententiis, clarior in verbis* inventa, „g„ demum autentico Eccleſiæ Decreto Autentica præ cæteris definitur.

C. Trid. ſeſſ. 4. in Decr. de Can. Script. Contra Calv. in Antid. Ejuſ. l. ſeſſ. 4. Proteſt. in Præf Edit. Tigurinæ.

a Kamnit in Exam.

b Mornæ.] De Sac. Molinæ.] Script.

c M. Can. de Loc. l. 2., c. 12.

d Aug. l. 2. de Doc. Chr. c. 15.

e Greg. Præf. 1. in l. Mor. c. 5.

f Iſid. l. 1. de Div. Off. c. 2.

Digitized by Google

II.

a Ioa. Driedo de Dogm. Eccl. l. 2., c. 1. Syxt. Sen. Bibl. S. 18. Aug. ſupra Contra

b Xant. Pagni. in Præf. Inter. ad Clem. VII. Pic. Mirand. de Edit. Script.

c Greg. Mor. l. 20. c. 24.

d Rabanus Anſel. Bernar.

Hæc Latina vetus vulgata Editio, *a* neque omnino eſt vetus illa Translatio Cnmmunis, quæ incerto Autore facta, ſub Italæ nomine inter cæteras *primatum tenuit*: neque omnino *b* Hieronimiana Interpretatio Teſt. Veteris, & Correctio Novi, cui *c* *credendum erat quidquid in ea dicebatur.* *d* Verum ex utraque conſerta, ſub eodem *Italæ, & Veteris Vulgatæ nomine*: Eccleſiæ præſertim Latinæ Conciliis, & Patribus ad determinandum pro Fide firmum præſtitit argumentum.

III.

D.D. Cathol. Ex Decc cii.

a Valen. Diſp. 1. de Fid. q. 1. P. 7.

b Valemb. Tom. 1. Diſcuſſ. Bibl. Contra

c Kamnit.) Calv.) ſupra Molinæ.)

d Molinæ.

e Athan. in Synop.

f Aug. con. Ep. Fund. c. 5.

g Trid. in Decr. de Can. Scrip.

h Valemb. ſupra fol. 635.

Eccleſiâ Romano Catholica, in Definienda præ cæteris Latinæ vulgatæ Autoritate Divinâ, [*a*] neque fecit illam de Novo Verbum Dei, neque alias editiones rejecit, aut reprobavit. (*b*) Verum, Latinam legitimum eſſe Dei Verbum, autenticè declaravit; cæteras nec condemnavit, nec abſolvit. Quorſum illa Novatorum Calumnia. *c* Eccleſiam ſcilicet Pontificiam velle facere pro ſuo arbitrio Librum aliquem Canonicum, vel non Canonicum? Ignorantia Hæreticorum eſt, non argumentum Dictum illud. *d* Si verſio vulgata ex Eccleſiæ judicio bona eſt, & in forma probante, ſequitur, reliquas eſſe malas, & ſtultè uſurpari. Numquid, ſi unus Bibliorum Interpres affirmatur Fidelis, hoc ipſo alter infidelitatis accerſitur? Eccleſia Primitiva (*e*) *Sanciendo*, *quatuor tantum eſſe recipienda Evangelia*, f *aut actus Apoſtolicos commendando*, non juſſit illos eſſe Sacros; ſed (tanquam ab Apoſtolis traditos) Sacros eſſe declaravit. Ita prorſus Eccleſia præſens, *g* ut *Editio vetus vulgata pro autenticâ habeatur*, jubendo, Scripturæ, *h* quam conſultâ Traditione Divinam novit, venerationem imperat; aliarum prætermiſſo judicio, autoritatem neque aſſerit, neque negat.

IV.

D.D. Cathol.

a M. Can. de Loc. Th. l. 2., c. 13. Greg. Valent. D. 1. q. 1. P. 1. Bellar. de V. Dei l. 1., c. 11. BurKab. Contr. 4 n. 8

b Trid. Decr. de Cano. Scrip.

c Idem Dec. de uſu Sac. Bibl.

Poſt autenticam Tridentinæ Synodi Definitionem Editio Latina vulgata per Hebræos, aut Grecos Codices, quaſi per Fontes (ut aiunt) ſicubi ab illis quoad ſententiam diſſideat, corrigi, & emendari non poteſt. Sed potius Hebraici, & Greci Fontes, ſicubi diſſentiant, per noſtram Verſionem emendandi ſunt. Quid illud Eccleſiæ jubentis *b* *ut Vulgatâ pro autenticâ habeatur*? Quid prohibentis *ut eam nemo rejicere quovis prætextu audeat, & præſumat*, niſi ex Divina Promiſſione infallibile Teſtimo-

nium

Digitized by Google

nium, Vulgatam noſtram per omnia quoad ſenſum Originariis Bibliis eſſe conformem? Bene quidem Canon antiquus (*d*) *ut Veterum Librorum fides ex Hebreis voluminibus examinanda eſt; ita Doctorum Novitas Græci ſermonis normam deſiderat.* At diſtinguendi ſunt antiqui Fontes (*e*) ab iis, qui nunc exiſtunt; & Fontium voces, aut verba à Fide, Morumque ſententiâ.

d Diſt. 9. Can. *ut veterum* Hier., Ep. ad Marcell. Aug. D. Doctr. Chr. c. 12.
e Valent. ſupra ſeſſ. 24.

V.

Ejuſmodi Latina vulgata autentica eſt, & incõncuſsâ Fide credenda ſecundum omnes, & ſingulas ſui (*a*) partes enunciativas quoad ſententiam Fidei, & Morum. Olent Moderni (*b*) Novatores Hæreticos (*c*) veteres, qui dicunt Hagiographos in rebus majoris momenti dictante Spiritu Sancto, in levioribus ſcripſiſſe ſpiritu humano: aut cum Indifferentibus, aiunt, (*d*) Deum non in omnibus Scripturæ locis velle ſibi loquenti fidem adhiberi. Verum *omnis* (e) *Scriptura Divinitus inſpirata eſt.* Neque Libri dumtaxat integri; ſed & Capita, atque Enunciationes in Autenticis Bibliis (*f*) *Scripturæ* ſunt: In omnibus enim, & Deus loquitur, & ſibi loquenti non credentes obiurgat. (*g*) *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mibi.*

D.D. Cathol.
a Ex Trid. Dec. de Can. Scrip. Et Aug. Ep. 81. ad Hier. Mel. Can.] c. 10. Valen.] ſupra] ſeſſ. 23.
b Eraſm. Roterod. Pet. ſuavis Hiſt. Con. Trid.
c Apud Hieron. in 5. Michæi.
d M. Ant. de Dom.
e 1. Tim. 1.
f Ioa. 19.
g Ibid. 8.

V I.

Quamvis quoad fieri potuit, Editio Latina pura, & emendata ſit; (*a*) non ita tamen ab omnibus mendis purgata eſt; ut adhuc emendari non poſſit. *b* Bene quidem, & correptè typis impreſſam probavit Concilium: ita tamen correctam, *c* ut in omnibus *abſolutam affirmare dificile ſit.* *d* Quædam *aliter fuiſſe vertenda* cenſuit de ſua Interpretatione Hieronimus. Sed quid Eccleſia? *e* Quædam, *quæ mutanda videbantur conſulto immutata reliquit ad offenſionem populorum vitandam.* *f* Non enim Interpretis, ſed Verbi Dei autoritatem, & potius ſenſum Fidei, ac morum, quam verborum expreſſionem, & proprietatem ſpectat Eccleſia.

D.D. Cathol.
a Ex Bulla. Cum Sacrorum Clem. 8.
b Pallavic. Hiſt. Trid. l. 6., c. 17. Burc. Contr. 4.
c Clem. VIII. Bull. Cum Sacrorum.
d Hier. de Optimo gen. Interp.
e Præf. ad S. Bibl.
f Bell. l. 2. de Verb. Dei, c. 10.

V I I.

Inde eſt, *a* quod in verſione Latina veteri vulgata non omnes dictiones, voculæ, ſillabæ ſunt de fide. *b* Si leant recentes latratores: typographorum *c* errores non intendit probare Concilium. *d* Certe (ſi ex mente Legiſlatoris interpretandæ ſunt Leges) Librorum, Capitum, ſententiarum damnantur eraſores Synodali Decreto; *e* verba, & voculæ non probantur. Quantum ergo men-

D. D. Cath.
a Ex Bulla, & Præf. ſupra
b Petr. ſuavis Hiſt. C. Trid.
c Ex Hiſt. Conc. ſupra
d Apud Pallavic.
e Pet. ſoave. Hiſt. C. Trid.

Digitized by Google

f Andr. Vegas l.15. de Iuſtif., cap. 9. Alfon. Salme. in Prolegom. M. Can. ſupra c.13.

mendax Polanus ſua audet in hiſtoria? *f* Statuit Tridentinum Editionem vulgatam integram eſſe errorum ſpeſtantium ad fidem; ſed ab erroribus accidentalibus, & typographicis mendis non abſolvit.

VIII.

D. D. Cathol.
a Serrarius in Prolog. c.20. BurKab. Contr.4.n.25.
b Gualder Cronogr. anno 1100.
c Alvar in Iſa.9.
d Ruit.2. de ſcien. *Dei Diſp.* 81. ſect. 2. n. 4.
e Io.1.
f Tertull.] Cyrill. Alex.] apud *g* Chriſ.] Tirin. Aug.] Comm. in Io.1.
h Io.1.

Speciatim vero Diviſiones Capitum, Interpunctiones, & Numeri non ſunt de Fide. *b* Diviſiones non à Scriptoribus Sacris, ſed ab incerto Autore *c* Interpunctienes pariter & Numeri à recentioribus addita ſunt. *d* Plus licet verſoribus in interpungendis Scripturis, quam corrigendis. Non ne verbis Joannis: *e Sine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt in ipſo vita erat*, utrobique comma annexuit Eccleſia, interpungendi *f* primum membrum, *g* aut ſecundum P.P. & Doctorum judicio libertate relicta? Quid enim cum Dei Verbo vocum interpunctio? Neque in Textu Joannis. *h Et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum* Arianam interpunctionem inter *Deum*, & *Verbum*; ſed male præſumptam Verbi à Deo diſtinctionem damnavit Eccleſia.

IX.

D. D. Cathol.
Ex *P. P.*
a Hieron. in Evang. ad *Damaſ.*
Contra.
b VvittaKerū) Innium)Hæret. Hunnium.)
c Sectſer. *Defens.* Bell.l.1. de Verb. *Dei* c.14.
d Hier.l.5. Comm. in Iſa.
e Aug. in Phal. 148.
D.D. Cath.

Solecifmi, aut Barbariſmi, ut cumque in verſione Latina vulgata interdum appareant; *a* imperitè tamen, atque imprndenter hæc tanquam Barbara, atque ſolæca traducitur. Quam inſcitè Grammaticos agunt *b* Sectarii noſtri, qui avitis vulgatæ Latinæ Dictionibus barbariem imponunt! Maledicentiam ſuam noverint ex cenſurâ ſuorum, *c* quorum etiam judicio pleraque, quæ ſolæciſmi, aut barbariſmi videntur indoctis, ſunt optime Latinè dicta; vel Hebraiſmos, Helleniſmos, ac tropos ſimiles ſapiunt, *d* In Scripturis, præſertim verſivis potius res, quam verba ſpectandæ ſunt: Expolita Hieronimi verſione poſtpoſitâ maluit Eccleſia rudiorem eligere. Et quidem ſapienter; cum longe præſtet in Verbo Dei, *e* ut *nos reprehendant Grammatici, quam non intelligant populi.*

X.

Ex Trid. *Dec.* de uſu Bibl. Præf. ad Biblia.
Contra Recent. proteſt.
a Aug. Ep. 19. Hieron. Salmet. prolog.

Ex eo quod Eccleſia Romano-Catholica Editionis laudatæ quædam mutaverit, quædam, quæ mutanda videbantur immutata reliquerit, perperam infertur, etraſſe; bene vero recurſum ad Fontes Hebraicos, & Græcos (dummodo hic debito modo fiat) Catholicis Doctoribus liberum reliquiſſe. *a* Eſto vetus Inter-

ter-

Digitized by Google

terpres incertus, Hieronimus, Lucianus in vertendâ Vulgatâ, vel corrigendâ errare potuerint; certe non erraruntquoad ſententiam, quando, conſultâ conformitate cum Primis Fontibus, non erraſſe definivit Eccleſia. *b* Numquid & illa in cenſendo mutanda aliqua, aut in non mutando erravit? Quin potius non mutando populorum offenſionem vitavit, *c* & mutanda cenſendo conceſſit Interpretibus conſulere Fontes ad proprietatem vocum, & energiam, ad verum ſenſum indagandum, & varias etiam Lectiones annotandas; dummodo Fontes ipſi *d* ad *proprios interpretis* ſenſus, & *Eccleſiæ contrarios* non torqueantur. Et ,*e*, novæ lectiones in Contextu, aut Margine Vulgatæ non annotentur.

b Bellar. l. 2. de V. Dei c. 12.

c Burcab. Contr. 4. n. 51.

d Trid. in *Decr.* de uſu Sac. Lib.

e Præf. Bibliis præfixa.

X I.

Nulla alia ullius Linguæ verſio vernacula, neque ulla recentiorum Interpretum, quacumque Linguâ ſit, verſio pro Sacrâ, & Autenticâ habenda eſt; itaut per omnia Originarii Textus ſenſum aſſecuta credi debeat, aut poſſit. *a* Utique Eccleſia Tridentino ſuo Decreto de Latina verſione cæteras non improbat. Sed neque probat. Credendi ſecuritas ex Eccleſiæ Declaratione ſequitur, non ex ſilentio. *b* Unde certa de Legitimo Verbo Dei Traditio, ſi nulla Cuſtodis autentica diſpenſatio? Imo & nulla de conformitate cum primis Fontibus certitudo eſt; *c* quando certum eſt interpretes, & verſores, (de ſuis *d* fatentur & Proteſtantes) etiam ex limpido Fonte turbidos Rivos deducere potuiſſe.

D. D. Cathol. Ex Trid. *Decr. cit.* Et Aug. l. 2. de *Doctr.* Chr. c. 12.

a Tamner. Tom. 3. *D.* 1. q. 5. n. 84.

b Vvalemb. Tom. 1. pag. 713.

c Aug. Ep. 8. ad Hier.

d Apud Crocium, Ames. &c.

X I I.

Nominatim verſiones Biblicæ tùm vernaculâ, tùm quacumque Linguâ à Proteſtantibus conſcriptæ, credi non poſſunt tanquam Scripturæ Divinæ: Imo tanquam Scripturarum cortices, aut potius Sacri ſensùs teredines haberi debent. *a* Quam tumida Proteſtantium de ſuis Bibliis Saxonicis, Batavicis, Helueticis fiducia? Adde quod de *b* puritate ſuarum verſionum ad Fontes Græcos, & Hebraicos provocant. *c* *Sed nihil promovebunt.* *d* Quomodo enim Editionibus ſuis *autoritatem dabunt, ſi ab Eccleſia per Apoſtolos conſtitutâ* „ non *accipiunt*? Imo eorum Doctrina cum Apoſtolicâ comparata, neque Apoſtoli alicujus autoris eſſe, neque Apoſtolici [*e*] pronunciabit. Quia Apoſtoli neque „ inter ſe diverſa, neque contraria Apoſtolis edidiſſent;

D. D. Cathol. Ex Trid. in *Decr.* de uſu S. L. Indice lib. prohib.

a Cochlæus de Actis Lut. anno 1522. Enſcr. de verſ. Luteri.

b Vvalemb. Tom. 1. pag. 877.

c Tertull. de præſcr. c. 37.

d Aug. l. 13. con. Fauſ., c. 4.

e Tertull. ibid.

ſed

Digitized by Google

„ ſed illi ſoli, qui ab Apoſtolis deſciſcentes tam multa „ Scripturarum variant, aut depravant, ut tandem „ ſuæ inconſtantiæ faſtidioſi fateantur cum ſuo (*f*) Magiſtro, ad conſervandam Fidei unitatem iterum Conciliorum decreta recipienda, & ad ea fugiendum eſſe.

f Luc. l. con. Zuinglium de verſ. Cor. Chr. in Euchia.

X I I I.

D. D. Cathol.

Prohibitio de editione, venditione, & lectione Sacrorum Bibliorum in Linguis Vernaculis Pontificia eſt, (*a*) & Ortodoxæ Fidei conſervandæ maxime accomoda, (*b*) ne dum Divino Scripturæ præcepto non contraria. Eſto Interdictum hoc per certos Doctores confectum ſit: (*c*) At Doctores deputavit Pontifex, iſque Decretum approbando legem Pontificiam fecit. (*d*) Quo autem Scripturæ præcepto ad Lectionem vernaculam inducendi ſunt Populi, (*e*) quando Hæbraicam, Græcam, & Latinam nulli vetat Eccleſia: (*f*) Judæis ſuis Scripturam totam vulgarem non permittebat Synagoga. Ex vulgari Lectione *indocti* (*g*) *homines Verbum Dei ad ſuam, aliorumque perditionem depravant.* (*h*) Hinc Valdenſis, Huſſitica, Luterana, Calviniana Lues in vulgus irrepſit: (*i*) In Enigmatibus Fidei *Turbam, non intelligendi vivacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit.*

a Ex Indice Lib. Prohib. reg. 4.
b Contra Proteſ. Gerhar. l:2. P. 1. fol. 246.
c *Pius* IV. Clem. VIII.
d Ames Tom. 1. fol. 25. Molinç. Neop. fol. 226.
e Grætzer. Defen. Bell. c. 15.
f Sanchez. in Lib. Reg. fol. 82.
g 2. *Pe.* 3.
h Th. Vald. l. 2. c. 40 Cochlæ. l. 1. Hiſt. Huſſ., & 4.
i Aug. con. Ep. Fund. c. 4.

X I V.

D. D. Cathol.

Ejuſmodi tamen Eccleſiaſtica prohibitio (*a*) non afficit Hæreticos Fidei veritatem indagantes; (*b*) atque hodie in Germanicâ, aliisque Regionibus Septentrionalibus lectio vulgarium Bibliorum [dummodo hæc Hæretica non ſint] omnibus apertè permittitur. Hac Lege voluerunt Pontifices animarum ſaluti proſpicere, (*c*) non errores Pontificos occultare: [*d*] Fidelibus, & Infidelibus collatio noſtræ Fidei cum Scripturis [non aliam Fidei Regulam agnoſcunt Proteſtantes] neceſſaria eſt, his, ut „ ad veritatem redeant, illis, ut perſeverent. Verum (*e*) „ de verſionibus tùm vernaculis, tùm Latinis Luteri, „ Munſteri, Oecolampadii, Caſtalionis, Tremelii „ omninò prohibitis (*f*) Sectariorum querela eſt. Sed ſuo vertant vitio. Mali mores bonas leges faciunt, & peſſima Doctrina optimum excitat Anathema.

a Ex Indice cit. Regu. l. 4.
b Apud Valĕb. To. 1 f. 383. BurKab. Cont. 6. n. 4.
c Molin. ſupra
d Serrar. in *Prolog.* c. 20. q. 2. Laiman Th. Mor. l. 2. Trac. 1., c. 15.
e Dannhavverus *Polem.* Soph. pag. 264
f Index l. *Proh.*

X V.

D. D. Cath.

Reverentiæ Sacris Scripturis debitæ, & ſemper ab Eccleſia præſtitæ ſpeciatim repugnant ad Magicas Superſtitiones, ad ſortilegia, ad ſcurriles, & impuros ſermo-

Ex Conc. Agathenſi c. 42. Ex Trid. ſeſſ. 4. in *Decr.* de uſu Sacr. Libr.

Digitized by Google

mones earum abuſus. *Quid Chriſto ad Belial?* a Divino Teſtamento Dæmonia non invocanda, ſed Deus. Veh ,b, Ariolis ex fortuito occurrentibus Bibliorum Sententiis extraordinarias Revelationes indagantibus. c Sacra Scriptura Chriſtum repreheſentat, non Baal. d Sacramento Euchariſtiæ Equiparata Sacrilegis rimantibus divinat exitium, ſicut illud indignè ſumentibus indicit judicium.

a Trid. de uſu Sac. Bibl.

b Suar. To. 1. de Rel.l.2. c.12.

c In Conc. Calced apud Baron. Anno Chriſt. 45 1.

d Aug. Ep. 119., c. 20 Cauſa 1. q.1., c. 94. Suar. Tom. 1. de Relig. l.2., c. 12.

X V I.

a Sacra Biblia à Catholicis uſurparunt Proteſtantes, non habuerunt à Deo. Mendax Novatorum b præ-,, ſumptio! Nos habemus biblia, non à Papiſtis, ſed ab ,, ipſo Deo. Sed quod Diſcipuli negant., c Magiſter ,, affirmat: omne ſcilicet bonum Chriſtianum, veram ,, Scripturam, verum Baptiſma eſſe in Papatu, & inde ,, ad eos perveniſſe *Exierunt ex nobis*, & noſtra tulerunt. *Quidquid autem ſuum habet Eccleſia in Comunionibus diverſorum à ſua unitate ſeparatis, per hoc quod ſuum in eis habet, ipſa utique generat, non illæ. Neque enim ſeparatio earum generat; ſed quod ſecum de Eccleſia tenuerunt.*

D. D. Cathol.

a Ex P. P. Aug. Tertull. de Præſcr. c. 32.

b Jacob. Hailbrunner in Pap. non Cath. fol. 225.

c Luter. Tom. 6. Ienæ, pag. 92.

Auguſt.

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

Canon Sacrorum Librorum.

Principium Pontificiis, & Proteſtantibus Commune.

DD.Cath.] in Coll. Et Protes] Ratisb.

DEbet in Eccleſia Chriſti admitti Canon aliquis, qui tanquam Catalogus numerum Bibliorum Sanctorum enunciet, & tanquam regula infallibilis dictet quænam recipienda ſint pro Verbo Dei: (*a*) Omnibus enim pro certo eſt, contenta in Sacris Scripturis credi non poſſe Fide Divinâ, niſi Fide pariter Divinâ conſtet, Scripturas illas eſſe Divinas.

a Valemb. Tom. 1. ſupra

THESES CATHOLICÆ.

I.

CAnon Catholicus, unde Sacri Libri Canonici nuncupantur, atque ut credendi Fide Divina à non credendis diſtinguuntur, non eſt aliud, (*a*) niſi Eccleſiæ autentica Declaratio, quâ Scripturas, quas (*b*) ut Divinas ab Apoſtolis, non interruptâ Majorum Traditione, accepit, ut Divinas Fidelibus manifeſtat. Numquid Eccleſia Romano-Catholica poteſt, (*c*) aut vult librum aliquem arbitrio ſuo facere Canonicum, vel non Canonicum? Hoc imponunt Sectarii. Sed quæ olim Manichæis, (*d*) hæc modo Proteſtantibus adverſa eſt *noſtrorum Librorum Authoritas, tot Gentium conſentione per ſucceſſores Apoſtolorum, Conciliorumque roborata.* Ejuſmodi Sacros, non alios Libros, (*e*) ut ſibi traditum *Verbi Dei Depoſitum* fideliter docet, & diſpenſat Eccleſia, (*f*) *ſcienſa quo didicerit*, atque acceperit.

a Ex Trid. ſeſſ. 1. In Decr. Irenæ. l. 1. c. 4. Athan. in Synopſi
b Aug. l. 23. con. Fa., c. 90.
Contra *c* Prot. Gerhar.) ſu- Ames.) pra
d Aug. l. 13. con. Fa. cap. 5.
e 1. Tim. 3.
f 2. Tim. 3.

II.

Eccleſia Catholica ex ſeptuaginta duobus Libris, quos (*a*) Indice Tridentino recenſet, neque plures, neque pauciores tanquam Dei Verbum proponit, quam qui ab Apoſtolis, quaſi per manus traditi, & continuâ ſucceſſione in Eccleſia conſervati ad nos uſque pervenerunt. [*b*] Nempe ex veteri Teſtamento qua-

Ex Trid. ſeſſ. 4. in Decr. de Canō ſcript.
a Index S. Bibl. Conc. Præfixus.
b Canon Trid.

dra-

draginta quinque: Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Joſue, Judices, Rhuth, Quatuor Libri Regum, duo Paralippomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, Tobias, Judith, Eſther, Job, Phalterium Davidicum phalmorum 150. Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, quatuor Prophetę majores Iſaias, Hieremias cum Baruch, Exechiel, Daniel, duodecim Minores, Oſea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habachuch, Sophonias, Aggæus, Zaccarias, Malachias; Libri Maccabæorum primus, & ſecundus. Ex novo Teſtamento viginti ſeptem, quatuor Evangelia Matthei, Marci, Lucæ, Joamnis; Actus Apoſtolici à Luca Evangeliſta conſcripti, Quatuordecim Pauli Apoſtoli Epiſtolæ ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Teſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apoſtoli duæ, Joamnis Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli una*, & Apocalipſis Joamnis Apoſtoli. En Numerus, & *Sacrorum Librorum Autboritas tot Gentium conſenſione per ſucceſſores Apoſtolorum, Conciliorumque roborata.* (c) Tridentinum à Florentino, (d) hocà Romano, Rom. (e) à Cartagenienſi, (f) hoc à Laodiceno, Laodicenum à Primà Eccleſià, eaque ab Apoſtolis Canonem laudatum accepit.

* Judæ Apoſtoli una

Aug. ſupra

c C.Flor.in union. Armen.

d Sub Gelas.in C. 70. Epp.

e Aug.l.2.de Doc. Chr., c.8.

f Laod. c.59.

III.

Cenſendum eſt, Eccleſiam, nec poſſe nec velle etiam nunc Librum aliquem olim Scriptum, nunc exiſtentem, quamvis non poſitivè rejectum, declarare Sacrum, atque in Canonem redigere. Sacrarum Scripturarum.

D.D. Cath. Ex Decr. Trid.

Non prorſus quidem improbabilis eſt aliquorum contraria ſententia. (a) Verum quo ſufficienti Veterum Teſtimonio Traditionem proponat, quo uſu ſententiam confirmet Eccleſia? Certè ex praxi non eſt ejus ſenſus, (b) Libros aliquos inter apocryphos poſitos [quamvis Librum Paſtoris, (c) nonnulli; Conſtitutiones Apoſtolicas, [d] Canones 85. Apoſtolorum, ipſoſque Canones, Cyrillus, & Damaſcenus, (e) Tertium, & Quartum Eſdrę Athanaſius receperint) in Canonem redigere, cum præſertim aliquam erroris ſuſpicionem traxerint.

a Tann. Tom.3. D.1.q.5.n.34. Burk.Contr 4 n.5. Staplet.Relect.5., q.5

b Diſt. 15. Cap. Sancta Romana.

c Clem. 1. Orig. Iren.

d Damaſc.l.4. de Fid. c.18.

e Ath.in Synopſi.

IV.

Quamvis Sacrorum Librorum Canon totus, & quantus nunc recipitur, antiquitus non fuerit authenticè definitus; non ideo quidquam ejus Authoritati infallibili,

Ex Trid. Decr.cit. D.D. Catholici.

a Proteſt.

bili, tum extrinſecæ tum intrinſecæ derogatur. (a) Falſo imponunt Tridentino Canoni Novitatem Adverſarii Novatores. Omnia quidem Catholica Dogmata ab initio loquutus eſt Deus: Non omnia tamen ſimul ſuggeſſit Eccleſiæ; (b) ſed quaſi *Aurora conſurgens* ſucceſſivo Traditionis lumine veritates aperuit. (c) Patres aliqui de nonnullis libris verè Sacris dubitarunt; alii tanquam non ſacros rejecerunt, alii alios apocryphos Canoni inſeruerunt. Quid inde? Doctores erant, non Judices. Dubitando, negando, aſſerendo authenticam Eccleſiæ ſententiam expectabant. (d) Eccleſia Apoſtolicam conſulendo Traditionem judicium ultimum ſuſpendebat.

b Cantic. 6.
c Euſeb.] Hier.] Iren.] ſupra Clem. Rom.]
d Innoc. 1. Anno 405.

V.

Ex veteri Teſtamento Libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & primum, & ſecundum Maccabæorum falſo rejiciunt, tanquam Apocryphos recentiores Sectarii. (a) Utique Maccabæorum Libros, utpote longè poſt Eſdram conſcriptos Judaicus Canon non habet, qui tantum ſcriptos uſque ad Eſdræ tempora comprehendit. (b) Quid ergo? Non omnes agnovit Canon Hebraicus; ideo non potuit recipere Chriſtianus? Quaſi vero (c) Eloquia Dei clariori Spiritus Sancti lumine credita ſint Synagogæ, quam Chriſti Eccleſiæ. Traditione dubium, ſi quod fuit circa paucos (d) decidit „ Eccleſia, quæ iis ſolis Scripturarum libris, (e) qui „ jam Canonici appellantur, hunc honorem didicit „ deferre, ut nullum eorum Authorem Scribendo aliquid „ erraſſe, firmiſſime credat.

Ex Conc. Laodic. c. 59 Rom. ſub Gel. Cartag. 111. Inn. 1. Ep. ad Exuper. Con. Prot.
a Ames. Gerh.
b Iſid. l. 1. de Offic. Eccl. Et alii apud Tirin init. ſap.
c Rom. 3.
d C. Certag. 111. Can. 43.
e Aug. Ep. 19. ad Hier.

V I.

Prophetiam Baruch, & Librum ſecundum Eſdræ (velint, nolint Hæretici) ,a, Eccleſiaſticus Canon ſemper incluſit. ,b, Quod ſi expreſsè non meminerunt antiquiores P.P., ideo eſt, quia ſub nomine Hieremiæ Baruch ejus ſcriptorem; ſub Eſdræ nomine Nehemiam Socium Hagiographum comprehenderunt. Utrumque poſtea ,d, Florentina ac ,e, Tridentina Synodus diſtinxerunt.

a Hier. Ep. ad Paul. Clem. Alex. l. 1. Pedag. c. 1.
b Aug. l. 4. de Civit. c. 33.
c Tirinus ſupra
d C. Flor. in Inſtit. Armen.
e Trid. in Decreto.

V I I.

Septem ultima Capita Eſtheris, Danielis 13. & 14. cum partè tertii, non eſt, cur à Canone excludant ,a, Novatores. Utraque nempe Hebraicè fuiſſe conſcripta, ,b, tum Hebrei Scriptores, ,c, tum Stylus ipſe Græcus, & Latinus Hebraiſmum ſapiens oſtendunt. Nec eſt

a Moline Neop. fol. 140. Lut. de ſervo Arbitrio.
b Ioſeph. l. 10. Antiq. c. 22.
c Serrar. in c. 3. Eſth. Hier. Præf. in Dan.

Digitized by Google

eſt ulla, rerum ſervatis temporibus, contradictio. ,*d*, Quaſque Hieronimus ex Judæorum mente *Fabulas* vocat, ex ſententiâ ſuâ non *Fabulas* affirmat.

d Idem Apol. 1. con. Ruffin.

VIII.

Ex Novo Teſtamento Epiſtolam Pauli ad Hæbræos, Catholicam Jacobi, & Catholicam Judæ Recentiores Proteſtantes immerito, aut expungunt ex Canone, aut non expunctas depravant. Epiſtolam Pauli negant ,*a*, Canonicam Evangelici; ,*b*, admittunt, ſed depravant ejus ſenſum, aut Authorem Paulum inficiantur Reformati. Primi ,*c*, Marcioniſtas. & Arianos imitati, ut nodum Apoſtoli, *De Fide Catholicâ, & bonis Operibus* ſolvant, abrumpunt. Secundi reliquos Eterodoxos ſequuti, ut Pauli Doctrinam explicent pro ſuo errore, magis implicant. At utrique Eccleſiæ etiam Primitivæ contradicunt, ,*d*, quæ Sacro Conciliorum Canone Epiſtolam ad Hebræos, ut Divinam pariter, ac Paulinam ab initio ſuſcepit.

Ex C. Nicono 1. Arauſic. 2. Can. ult. Trid. in Decr. cit.

a Luter. Prolog. Ep. ad Hæbr.

b Ex Calv. Inſt. c. 10 n. 8. Confeſſ. Calv. art. 3.

c Ex Hier.] ad Tit. Theod.] Præfat. ad Heb.

d Epheſ.] Approb. 12 Calced.] cap. Cyrilli

IX.

Epiſtola Jacobi *Straminea* audit apud Evangelicos ,*a*, quia nempe [ut calumniantur] tota eſt in extollendis Operibus, & Fide deprimendâ. Verum *inſolentiſſimæ* inſaniæ eſt, ,*b*, tanquam ſtramineam contemnere, quam ut Canonicam Univerſa complexa eſt Eccleſia. Quam falſo Pauli Doctrinæ, Dogma Jacobi contrarium aſſerunt; ,, ,*d*, quando Paulus deprimit opera, quæ fidem in ,, Chriſtum antecedunt: Jacobus extollit, quæ fidem ſe- ,, quuntur?

a Luter. Prol. in Ep. Iac. Centuriat. Cent. 1. l. 2 c. 4.

b C. Laodic. Can. 59 Cartag. Can. 49.

c Iacobi 2.

d Aug. l. 83. QQ. q. 76.

X.

Judæ Epiſtola ,*a*, contemnitur à Novatoribus; ,*b*, quia ſcilicet allegat Vaticinium Enoch, quod in Scripturis Apocryphis reperitur ,*c*, Quaſi vero in libris Apocryphis non ſit etiam aliquid veri; & ſine approbatione totius codicis citari non poſſint. Numquid Paulus ,*d*, allegando Menandri, & Epimenidis teſtimonium vates Etnicos conſecravit? At ,*e*, *quod volunt credunt, quod nolunt non credunt* Hæretici. ,*f*, Apocalypſim olim cum Lutero ſuo refellebant Evangelici: Modo verò, ,*g*, quia in Antichriſto ſomniant figuram Romani Pontificis, unanimes cum Reformatis ſibi ſuadent eſſe Canonicam. Verum ſibi potius credunt, ,*h*, *quam tonitrui filio, qui è pectore Salvatoris Doctrinarum fluenta potavit.*

a Centur. ſupra

b Iudæ v. 14.

c Diſt. 15., c. 5., Gelaſ. Hier. Tit. c. 2. Aug. l. 15. de Civit. Dei c. 23.

d 1. Cor. 15. Titi 2.

e Aug.

f Luter. Præf. in Apoc.

g Gerhar. ſupra Molin. in Apoc.

h Hier. Ep. 85. ad Evagr.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA TERTIA.

DE

Verbo Dei Dicto, & non Scripto Pro triplici Legis,& Divinæ Religionis Statu.

CAPUT PRIMUM.

Verbum Dei ſine ſcripto Traditum in Lege Naturæ.

Contra Proteſtantes, & Adiaphoriſtas. Principia Orthodoxis, & Eterodoxis communia.

I.

D.D. Cathol. Proteſt.

AB initio Mundi, ex quo conditum à Deo multiplicari cæpit ſuper Terram Genus Humanum, fuit inter homines aliqua vera Dei Eccleſia, ſeù Fidelium Congregatio, quæ unitate Fidei ſupernaturalis, Cultus externi in Deum utcumque comunicans, communibus pariter à Deo Revelationibus regeretur. Unus enim [a] Deus, Naturæ elevatæ, unus Finis, & una Veritas unitatem Fidei, & Cultùs; atque adeo Catholicæ Revelationis, & Legis inſinuat.

a D.Th. Comm. 1. Cor. 1. l. 2. Idem. 1. 2. q. 91., art. 5.

I I.

D.D. Cathol.

Item certum eſt omnibus, Verbum Dei ſuper homines factum eſſe [a] vel ſcripto, vel dicto, vel quovis mentis conceptu, quo ſufficienter noto poſſent homines vias ſuas bonas facere. Nulli enim dubium eſt, [b] quin Deus immediatè Adamo, aut inde mediantibus Patriarchis multa Nepotibus revelaverit credenda, [c] aut obſervanda, quæ poſt bis mille annos à Moiſe fuere conſcripta.

a Ex Epiph. {Opuſc. de Eccleſia.
Valent. Tom. 3. q. 1., p. 7.
b Ex Kemnit. Proteſt. in Exam. C. T.
De Dom. de Rep. Eccl. l. 1. c. 2.
c Bell. l. 4. de V. Dei c. 9.

THE-

Digitized by Google

THESES CATHOLICÆ.

I.

„ TRaditio Divina [a] eſt veritas, aut diſciplina
„ à Deo Auctore non ſcripturâ, ſed voce, aut ali-
„ quo ſigno tranſeunte tradita Eccleſiæ ſuæ, eademque
„ ad Poſteros Majorum teſtimonio, quaſi per manus
„ traducta. Deum multa dixiſſe, quæ Canonicè ſcri-
pta non ſunt, dant etiam (d) Hæretici. Sed eadem Dicta
Divina [e] ſucceſſivâ Epiſcoporum traditione ad noſuſ-
que credenda, vel obſervanda perveniſſe, hæc eſt Fides
Catholica. [f] Dei Verbo tradito credimus, non hu-
manæ traditioni. Illud credendi ratio eſt; hæc dignoſcendi.

a Ex Niceno 2. Anath. 7. Trid. ſeſſ. 4. in Decr. De Can. Script.
Kemnit. in Exam. Ames. De Domin. ſupra
e Valemb. de Tradit.
f Bell. l. 4. de Verbo Dei c. 9.

I I.

In Lege Naturæ, præter de Deo Creatore, Remune-
ratore, & Chriſto Reparatore credendas veritates, fuit
remedium aliquod Peccati Originarii [quodcumque
fuerit] inſtitutum à Deo, [a] perinde quoad fidem, at-
que quoad praxim omnibus neceſſarium. Quomodo co-
lerent Dominum, concupiſcerent Finem, invocarent Li-
beratorem, (b) in quem non crederent? Aut quâ fide
crederent, (c) quem non audirent? Poterat ex humanâ
creati Mundi notitiâ Auctor Naturæ videri, non Auctor
Gratiæ. Numquid Naturali lumine remedium noſcerent,
[d] qui non niſi ex Revelatione præcepti culpam noviſ-
ſent? Male quidem privata cuique Revelatio filios Adæ
uniret in Religione, (e) quos ad malum pronitas ſen-
tentiâ diviſit, & linguâ.

D. D. Cathol. Ex Aug. D. Th.
a Bellar. l. d. c. 4. Preſter. In Defens. ibid.
b Rom. 10.
c Contra Ames. Tom. 1. fol. 56. de Dom. ſupra c. 2.
d D. Th. 2. 2. q. art. 7
e Gen. 11.

I I I.

Ab Adamo uſque ad Moiſen [a] omnis Fidei veritas
à Deo immediatè Adamo, vel à Patriarchis dictante Deo,
non ſcripto, ſed voce Poſteris conſignata eſt. Nihil eſt
frequentius Proteſtantibus, [b] quam Pontificios pro-
„ bare non poſſe, Divina Dogmata Primis Parentibus re-
„ velata nullis Litteris expreſſa fuiſſe. Sed probent ipſi
Literas Canonicas extitiſſe. Quid quid Adam [c] Lite-
rarum inventor, quid quid, [d] Enos, aut Henoch ſcrip-
ſerint, tanquam Canonicum non agnovit Chriſtiana, [e]
Judaica rejecit Eccleſia. Profecto (f) poſſeſſio veræ Do-
ctrinæ penes Catholicos eſt; cum Deus ipſe manifeſtet
in Scripturis, [g] quod *Abraham præcepturus ſit filiis
ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Domini.*

D. D. Catholici
a Ex Gelaſ. in Con. 70 Epiſc. Iſidor. Præfat. ad Collect. CC.
b Kemnit. Ames. ibid. fol. 56., & 61.
c Ioſeph. Antiq. l. 1. c. 2. Suidas
d Diſt. 15. c. *San. Rom. Eccl.*
e Aug. l. 15. de Civit.
f Tertull. de Hab. Mulie. Vvalemb. T. 1. P. 2. fol. 239.
g Gen. 18.

Digitized by Google

I V.

a Rabbini apud KirK. De Arca Noe. Suidam.
b Iudæ Ep. v.
c Num. 21.
d Greg. } Iob. Suid. }
e Ioſeph. Antiq. l. 1. c. 2.
f Diſt. 15. c. *Rom. Eccl.* Iſid. Præf. ad Coll. Cc.
g Numer. 21.
h Iudæ 1. n. 5.
i Actor. 15.
K S. Th. in Iudam
l Orig. Iſid. l. 1. Off., c. 11.
m Iob. 8.
n Deuth. 32.

Nominatim Liber *Rabboth* Adamo dictatus, ut *(a)* dicunt, à Deo, Liber [*b*] Henoch vaticinans Adventum Domini, Liber [*c*] *Bellorum Domini* allegatus à Moiſe, & *(d)* Liber Job ante Moiſen ſcriptus nullatenus probant, in Lege Naturæ Scripturas Canonicas extitiſſe *Prophetias, Sacrorum Operationes, Leges ſcriptas, & non ſcriptas* Adamo *(e)* tribuunt. Nempe Libro illo ſcriptas, „ quem compoſuit ex ſibi dictatis à Deo in Horto Eden? [*f*] Verum quare magis hoc credas, quam Fabulas *Filiarum Adæ, & Ogiæ Gigantis*? Utique Librum Bellorum Domini, & Prophetiam Henoch citant [*g*] Moiſes, & [*h*] Judas. At non magis Canonicos eſſe Auctores probant, quam Paulus *(i)* allegando Epimenidis, & Arati dicta Etnicos ſcriptores [k] Sacros faciat. [*l*] Librum Jobi translator Moiſes, & gloſſator Hebraicum ſimul, & Autenticum effecit. Univerſim *(m)* Baldad Suites remittit Jobum ad *Memoriam* Patrum, Moiſes Iſraelem ad Majorum Traditionem. *(n) Interroga Patrem tuum, & dicet tibi; Majores tuos & annunciabunt tibi.*

V.

D. D. Cathol. Ex
a Hier. in Oſe. 1. Exech. 23.
b Cyrill. Alex., l. 1. con. Iud.
c Gen. 4.
d Kemnit Ex. C. Trid. ſeſſ. 4.
e Salian. Ann. M. 250
f Aug.] apud à Theodor.] Lapide
g D. Th.
h Valen. D. 1. Q. 1. de Fid. P. 7. par. 44.
i Sap., 11., & 13.

Tertius ab Adam Enos [*a*] neque prætextu Traditionum Idolatriam introduxit; *(b)* neque ante Diluvium introducta eſt. Quandocumque autem incepit, ex vitio vanitatis, & adulationis, non Traditionum introducta eſt. [*c*] Enos cæpit *invocare nomen Domini.* Hinc „ [*d*] (inquiunt Novatores) Idololatriæ, atque Magiæ „ initium; & quidem ex emendicatâ ab Adamo tradi- „ tione. Quin potius, dicunt, ab Enos [*e*] Nomen Dei *Tetragrammatum* literis expreſſum, palam prædicatum, [*f*] & publicos piorum Cætus ad Deum invocandum, monitore Adamo, primum coactos? Nulla ante Diluviũ Militiæ Cæli, aut Sculptilium adoratio apud homines, quos licet moribus devios, [*g*] tamen Mundi recens creati memoria ab unius Creatoris ignorantiâ prorſus eximeret. [*h*] Nec Idolorum Cultus ab Avorum Traditione ſumpſit exordium. [*i*] Sed Nepotum vanitas; atque *inter mortuos poſita ſpes opera manuum hominum appellavit Deos.*

V I.

D. D. Cathol. Ex

Hinc certum eſto, in Eccleſia Legis Naturæ fuiſſe

Arti-

Digitized by Google

Articulos Fidei,non *Indifferentes,*'aut liberos; non interno Spiritus Sancti dictamine privatim revelatos; ſed ex Divina revelatione non ſcriptâ Catholicâ, atque communi neceſſario credendos. [a] Sive ſcripto, ſive dicto loquatur Deus, & quodcumque loquatur *Dicit Dominus.* [b] At Conſcientiæ dictamen; aut Dei viva „ vox privatim ſingulis intonans credenda à liberis „ diſcernebat. Verum Naturam conſule. Dumtaxat bonum à malo nativa luce diſtingues. At quid de Divinitus revelatis? Si Dei vivam vocem expectas, [c] „ pruries auribus, ad Fabulas converteris.

Conc. Nic. 2. Act. 8. Trid. ſeſſ. 4. in Decr.

a Contra M. Ant. de Dom. l. 7. De Rep. Eccl. ſupra

b Kemnit.] Ames.] ſupre

c 2. Tim. 4.

 CAP. II.

CAPUT SECUNDUM,

Verbum Dei dictum, & non Scriptum in Lege Moſaica.

Contra Proteſtantes,& Indifferentes.

Principium Orthodoxis & Novatoribus Commune.

D. D. Cathol.
a D.Th.1.2.q.art.7 Hilar. in Pſal. 2.
b Proteſt. Gerhard. Ames.
c Num. 11.
d 4 Eſd. 14.

(a) ECcleſia Hæbraica non potuit eſſe ſine Fide Divinâ in punctis graviſſimis, & neceſſariis ad ſalutem, quæ non omnia continebantur in Sacris Bibliis; (b) ſed aliunde revelata, credenda palam pro tempore proponebantur. Omnibus enim conſtat, ideo (c) ablatam eſſe *partem de Spiritu Moiſi*, & datam ſeptuaginta viris, ut ſcilicet in eis *requieſceret Spiritus Domini*, (d) quo Propheticâ Dei verba alia *palam facerent, & alia abſconderent.*

THESES CATHOLICÆ.

I.

D.D. Cathol. Ex
a P.P.Orig.hom.5. in Num.
b Hier. Iſa. 8.
c Hilar. ſupra
d D.Th.1.2.q.art.7 M.Canus l. 3. De Loc. Th.
e Deuth.31.,& 32.
f Hilar.in Pſal.2. Becan.Man.l.1. c. 2.

APud Hebræos in Lege Moſaica Sacrorum (a) Bibliorum auctoritas, (b) Piamen aliquod Peccati Originalis pro Femellis, (c) aliaque Myſteria ad interpretationem Legis ſcriptæ pertinentia credebantur ex Divinâ revelatione non ſcriptâ. Utique credere debuit Synagoga,& ſcripturas ſuas eſſe Divinas, (d) & Fæminas originaria in labe conceptas remedio aliquo à Deo inſtituto expiandas. At unde utrumque Divinitus innoteſceret,ſi neutrum Scriptura Divina pronunciat? Profecto aſcendendum erat (e) in locum electum à Domino, ibique non ſolum *inter Lepram, & Lepram*,ſed inter Verbum Dei, & Verbum hominum (f) jam à Moiſe Sanedrio vivâ voce traditum,ſententia expectanda.

I I.

D.D.Cathol.

In Lege Moſaicà non ſola Scriptura Sacra debuit, &

& po-

Digitized by Google

& potuit cauſas Fidei dijudicare infallibili, & ſine ulteriori appellatione judicio. Verum etiam Cathedra Moiſi in Pontifice, vel in Sanedrio ſimul cum Pontifice conſtituta. Unde precor [a] genuinum Bibliorum ſenſum, aliaque ad Chriſtum venturum præcipue pertinentia perciperet Iſrael? Immerito moreretur homo (b) nolens obedire Sacerdotis imperio; niſi omne Religionis negocium (c) *eſſet ad Verbum Sacerdotum*. Sacerdotio datum eſt (d) de Spiritu Moiſi Prophetico. Imperio de Politico. (e) *Sacerdos, & Pontifex in his quæ ad Deum; Dux in Domo Iuda*, in his, *quæ ad Regis officium pertinent, præſidebit*.

Ex PP. ſupra M. Can.] Becan.] ſupra con. Proteſt.
a Molin. Morn. &c.
b Deuth. 17.
c Ibid. 12.
d M. Can.] Becan.] ſupra
Ioſeph. l. con Appion.
e 2. Paralipp. 19.

III.

Cathedra Moſaica, quamvis ſæpius vitiis, ac peccatis ſorderet, ſanam tamen Fidei Doctrinam, & Scripturarum interpretationem retinuit, quouſque Religionis cauſæ fuerunt dubiæ; ac non aliter manifeſtè præjudicatæ. (a) Quamvis Prophetæ mala tanta dixerint in Sacerdotes nunquam tamen ſibi aliud Templū, Sacerdotes alios, & Sacrificia conſtituerunt. Quæ ratio? (b) Vitia cauſæ Fidei non præjudicant [dicunt & Reformat] (c) Chriſtus cavere monuit ab Hippocriſi Phariſæorum, at (d) ſedentes *ſuper Cathedram Moiſi* audire præcepit. Sed dices. Generationi pravæ ablatum eſt Dei Regnum, & Verbum. Utique. Sed (e) prout creſcebat Chriſti notitia, Sanedrii paulatim decrevit Auctoritas. (f) Nativitas Chriſti definita *in Betlehem Iudæ*, Oraculum fuit. (g) Conſilium Caiphæ: Expedit *ut unus moriatur pro populo*, fuit Blaſphemia ſimul & Prophetia. Sententia Concilii: *Reus*, (h) *eſt mortis*, Deicidium.

Ex PP. Aug. Brevic. Collat. c. 4. Chriſoſ. Ambros.
a Catholici in Colloq. cum Donat. apud Aug. ſupra
b Calv. l. 4. Inſt. c. 18 n. 1.
c Mar. 8.
d Luc. 23.
e Can.] Becan.] ſupra
f Matt. 2.
g Io. 11.
h Ambroſ. in Pſal. 11. ſerm. 8.

IV.

Ex Condemnatione Traditionum; quas Chriſtus damnat in Evangelio, non ſequitur Moſaicarum, & Conciliarium reprobatio, ſed potius approbatio manifeſta. [a] *Irritum feciſtis mandatum Domini propter traditiones veſtras*. Sed *veſtras*, inquit Chriſtus, & veſtrorum [b] Summai, Chillel, & Achiba, non Moiſis, & Sanedrii. Hæ Legis, & Mandati: *Honora Patrem*, à Deo traditæ Explicationes. Illæ à Patre Diabolo interpretationes. [c] Si ergo illæ ex ore Chriſti irritum fecerunt mandatum Domini. Iſtæ ex ore Chriſti, Legitimum Mandati ſenſum, & praxim exponebant.

D. D. Cathol. Ex P. P. Epiph. in Hæres Ptol. Hier in Iſa. 8. & Tit. 3.
a Matth. 15.
b Hier. Tit. 3.
c Valen.] Melch. Can.] ſupra

CAP. III.

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

Traditiones Divinæ, & Apoſtolicæ in Eccleſia Chriſti.

Contra Proteſtantes, & Indifferentes.

Principia Communia.

I.

IN preſenti Chriſti Eccleſia ultra Sacram Scripturam, (*a*) eſt verum Fidei Apoſtolicum Symbolum, & quidē expoſitum in genuino ſenſu, quem Apoſtoli Eccleſiæ Primitivæ conſignarunt. Hoc, quamvis non Canonicè ſcriptum (*b*) Sectarii non audent excludere. Hoc Pontificii, ut *brevem* (*c*) *Fidei Regulam* ab Apoſtolis traditam ſuſcipiunt, ac venerantur.

a C. Trid. ſeſſ. 4. in Decr.
b Lut. Gal. 1. Calv. 4. Inſt. c. 8. n. 8.
c Aug. ſerm. 119. de Temp. Athan. de Fide ad Iouin. Aug.

I I.

Ex PP.

In Primitiva Eccleſia, priuſquam Evangelia, Epiſtolæ, &c. literis mandarentur, Verbo Dei voce tenus Evangelizato (*a*) Primi Fideles Catholicæ Fidei præſtabant aſſenſum; (*b*) ac per hoc primum *cognominati ſunt Chriſtiani*.

a Iren. l. 3. cont. Hæret.
b Actor. 11.

I I I.

Si quæ veritates Divinæ neque in Sacris Bibliis expreſſæ, neque ex illis evidenter deductæ, ſed à Chriſto, aut ab Apoſtolis Eccleſiæ conſignatæ voce tenus ad nos uſque perveniſſent, eâdem (*a*) certitudine Fidei recipiendæ forent, (*b*) quâ veritates in Scripturis contentæ retinentur. Quid enim literæ, quid voces afferunt, aut auferunt Verbo Dei? Sive caracteribus, ſive ſono idem intonat, & loquitur Deus.

a Trid. ſupra.
b C. Confeſſ. Aug. Helu. &c.

THE-

Digitized by Google

THESES CATHOLICÆ.

I.

IN vera Chriſti Eccleſia extat,& omnino audiendum eſt aliquod Verbum Dei nullo Canonico Auctore Scriptum,ſed ex ipſo Chriſti ore, tum quoad Doctrinam, tum quoad Diſciplinam Apoſtolis traditum. Ad quid, (*a*) *poſt Paſſionem ſuam in multis argumentis* apparuit Chriſtus Apoſtolis *loquens de Regno Dei*, niſi ut alia Fidei, & Diſciplinæ *Dogmata* (*b*) Eccleſiæ ſuæ inſtituendo provideret, atque inſtituta revelaret? Enim vero ſi Novatores (*c*) ipſi pro certo habent, *multa feciſſe Chriſtum*, & *dixiſſe* quæ ſcripta non ſunt, non eſt,cur etiam nunc verba illa Divina non ſint, aut à preſenti Eccleſia non audienda; quia ſucceſſivâ Majorum traditione, non fixis literis tradita ſunt.

C.Trid.ſeſſ.4. in Decr. Nic. ſecundum Act.6. , & 7. Contra Proteſt. Ex CConfeſſ.
a Actor.1.
b Aug. Cyrill. Alex.
c Brentius Prolog.1 De Trad. Ex Io.21. Iren.l.3.con.Hæret. c. 2.

II.

Imo Dogmata non pauca ab Apoſtolis non ſcripta; ſed ab ipſis,Spiritu Sancto dictante, voce tenus conſignata Eccleſiæ; atque ab Eccleſia ſucceſſivâ aſſeveratione cuſtodita ad Nos uſque credenda, atque obſervanda pervenerunt. (*a*) *Tenete Traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive Epiſtolam noſtram*, clamat Apoſtolus. Si ergo omnes, & quidem ut Verbum Dei tenendæ ſunt, quare quæ per *Epiſtolam*, ſunt recipiendæ, (*b*) quæ verò per *ſermonem*, tanquam Humanæ non curandæ? Numquid Verbum Dei caracter conſervat, non ſervat Apoſtolica loquutio? Verum omnia, tum ſcripta à Paulo, (*c*) tum audita *per multos Teſtes* jubetur Timotheus „ *commendare Fidelibus*: Nec aliud (*d*) eſt hodie Timotheus, niſi Univerſalis Eccleſia, vel ſaltem totum Corpus Præpoſitorum.

C. Trid. ſupra Decr. De Can.Scrip. C.Epheſin.Act.1.
a 2.Teſſal. 2.
b Proteſt. Gerhar.l.1.fol.47. Molin. Neopap. fol.202.
c 2. Tim.2.
d Vincen. Lirin. con.Hær.c.27.

III.

Multa Fidei Myſteria, quamvis neque immediatè exprimantur, neque immediatè evidenter ex Scripturis deducantur, tamen pro Verbo Dei explicito, ad ipſam Scripturarum regulam à Catholica Eccleſia merito ſuſcipiuntur. (*a*) Quam multa Univerſa tenuit, ac tenet Eccleſia; & ob hoc ab Apoſtolis præcepta bene creduntur, quamquam ſcripta non reperiantur? [*b*] Credimus Verbum ὁμοούσιον Patri: (*c*) Credimus in Chriſto Perſonæ Unitatem. Neutrum tamen expreſsè ſcriptum; (*d*) ſed omnium

D.D.Cathol. Ex Trid. ſupra Et P.P. Cont. Calv. Et Luteranos
a Aug.l.5.con.Do. c.23.
b Con. Nic. 1. In Symb.
c Ephes.Act.1.
d C.Calcedon.CC.

S.S.

Pag.337.
e CC.P.2.
f Aug.con.Creſcon. c.32.

S.S. P.P. conſonâ expoſitione propoſitum. (*e*) Numquid „ propterea diſcedimus à Scripturis? Imo Scripturarum „ à nobis in hac re tenetur (*f*) veritas; cum hoc faci„ mus, quod Vniverſæ placuit Eccleſiæ, quam ipſa „ Scripturarum commendat Authoritas.

I V.

D.D. Cathol.
Ex Trid.ſeſſ.cit in Dec.C.P.1. Nic.2.Act.6.& 7.
a Iren. ſupra M.Can. de Loc. Theol.c.10.
b Hailbrunner.in Acath.Pap.fol. 533.
c Ames Tom.2. fol. 59.
d Trid.ſeſſ.cit.Dec. De Can. Script.

Traditiones Divinæ, & Apoſtolicæ Divinæ non ſcriptæ paris omnino ſunt, fuerunt, & debent eſſe Auctoritatis, atque Sacra Biblia ad determinandum pro Catholicâ Fide. *Verbum Dei* (a) *non eſt in legendo, ſed in intelligendo.* Immerito proinde quod ſcriptum in membranis ſuſcipiunt, idem voce tenus expreſſum refutant (*b*) Sectarii. At Hæreticorum omnium fuit ſucceſſiva perverſitas, quæ extra (*c*) Scripturam ſunt nullo caſu recipere. Eccleſiæ autem ſponſæ Chriſti continua ſollicitudo eſt, *Libros* (d) *Sacros, ac non Scriptas Traditione pari reverentia venerari.*

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

Regulæ Catholicæ dignoſcendi Divinas traditiones à non Divinis.

Principium Catholicis, & Hæreticis Commune.

VEram Dei (*a*) Eccleſiam *eſſe Columnã, & Firmamentum veritatis* revelatæ, Catholici omnes cum „ (*b*) Auguſtino pro certo habent: Et cum „ (*d*) Lutero Proteſtantes. (*e*) Eccleſia, aiunt, non poteſt „ mentiri, nec errores docere, ne in minimis quidem, „ cum Deus ſit os Eccleſiæ, & Deus mentiri non poſſit; „ ſic etiam Eccleſia nequit.

a 2. Tim. 3.
b Aug. de util. cred. cap. 14.
d Luter. tõ. 7. Germ. f. 562.

THESES CATHOLICÆ.

I.

VNiverſim loquendo Regula certa dignoſcendi Traditiones legitimas ab illegitimis in judicio, atque auctoritate Romano-Catholicæ Eccleſiæ ſita eſt. Ecce (*a*) *Depoſitum* à Chriſto Eccleſiæ creditum, & Spiritu Sancto ſuggerente [*b*] Fideliter diſpenſandum. Viderint „ Heterodoxi, (*c*) quâ Cohærentiâ judicium de Legitima „ Traditione Scripturarum infallibile concedant Eccleſię „ Romanæ; de reliquis erroneum imponant. Etiam Græci „ (*d*) quorum ſocietatem ambiunt, Apoſtolicarum „ Traditionum ſplendore gloriantur. (*e*) *Nobis credant, Chriſto eſſe credendum*, & à nobis diſcant, quid promiſerit Chriſtus cum dixit. (*f*) *Spiritus Paraclitus docebit vos, &c.*

D.D. Cathol.
Ex Trid. ſeſs. cit. Dec. cit.
a 1. Tim. 5.
b Luc. 12.
c Apol. Conf. Aug. art. 15.
d Hierem. Patriar. C.P. Reſp. 1. c. 13. ad Mart. Cruſium.
e Aug. de util. cred. 14.
f Ioan. 14.

II.

Quidquid ut Dogma Catholicum Univerſa recipit Eccleſia; idque nullibi Canonicè ſcriptum reperitur, omnino ab Apoſtolis traditum haberi debet. (*a*) Quid „ Dei Verba dicunt eſſe Traditiones Humanas Sectarii?

D. D. Cath.
Bell. L. 4. de. V. *Dei* cap. 9.
Valent. D. 1. de Fide.
a Molin. ſupra

b Epheſ. 2. (b) Columna veritatis *ſuperædificata ſuper Fundamentum Apoſtolorum*, credere non poteſt ut Revelata, (c) niſi *quæ Divinitus revelata, ac promiſſa ſunt.* (d) ſi vero *de iis neque revelatio de novo, neque vetus ſcripta datur intelligi, tanquam ab Apoſtolis commendata, atque ſtatuta retineri debet.*

c Trid. ſeſs. 6. c. 6.
d Aug. Ep. 118.

III.

a C. Epheſ. Ep. Cyrilli ad Io. Antiochen.
b Helvid. Ex Hier.
b Anti-Mariani ex Lind.
c Zuingl. ex Canis
d Luter. ex Gerard.
e Aug. de Eccl. Dogm. c. 69.
f Proteſt. ſupra
g Hier. L. con. Helvid.

Propterea (a) perinde ſunt Hæretici, qui Deiparæ (b) perpetuam Virginitatem abſolutè negant, quàm qui non negantes, ſed aut (c) ex ſolis Scripturis, aut (d) ex humano Teſtimonio aſſerentes, Divinæ non ſcriptæ Traditioni contradicunt. (e) Integrâ Fide credendum eſt, Mariam Chriſti Dei Matrem, & Virginem genuiſſe, & Virginem permanſiſſe. (f) At ex quo (reclamant Novatores) Verbo Dei, ſi hæc Veritas non apertè pateat ex Scripturis? (g) *Ex Apoſtolorum Traditione veluti per manus ad noſtram ætatem derivata, & omnium Chriſtianorum conſenſu comprobata eſt.*

IV.

D.D. Cathol.
M. Can. L. 3. de Loc. cap. 4.
Val. D. 1. de Fid. q. 1. D. 7. §. 44.
a Aug. Ep. 118.
b D. Thom. 2. 2. q. 5. art. 7.

Quidquid communi conſenſu Fidelium approbari conſtat, atque ſervari, ſemperque ſervatum eſſe, quod alioqui Scriptura non tradit (præſertim ſi humana Auctoritate inſtitui non poteſt) credendum eſt, Apoſtolos Divinitus inſpiratos illud tradidiſſe. (a) Inſolentiſſimæ inſaniæ eſt velle damnare, quod Univerſæ placuit Eccleſiæ. Quid ſi humanam Auctoritatem excedat? (b) Profecto Divinam Inſtitutionem, eamque Divinitus revelatam credere neceſſe eſt.

V.

a Orig. L. 5. R6. 6.
b C. Milev. Can. 2.
c Trid. ſeſs. 5. Dec. de Pecc. Orig.
d Anabaptiſtæ
d M. Ant. de Dom. L. 7. cap. 11. n. 180.
e Aug. L. 10. Gen. ad lit. cap. 23.

Propterea non aliunde, niſi ab Apoſtolis (a) *Eccleſia Traditionem accepit, etiam parvulis Baptiſmum dare*; adeo ut æque certum ſit, (b) pueros in remiſſionem peccatorum veraciter Baptizari, ac eoſdem ſine Baptiſmo decedentes damnari. Optimè quidem (c) *quicunque parvulos recentes ab utero Matrum Baptizandos negat, anathema ſit.* (d) Anathema iterum iis, qui ex *ſenſatâ & hiſtoricâ* ſolummodo notitiâ à primis vocatis ad nos perveniſſe dixerit. (e) Conſuetudo enim Matris Eccleſiæ in Baptizandis parvulis non *omninò credenda eſſet, niſi Apoſtolica eſſet traditio.*

VI.

a Aug. L. 1. con. Dõ. de Bapt. cap. 23.

Item veritas (a) de validitate Baptiſmi ab Hæretico mi-

miniſtro ritè collati, quamvis de ea nihil Chriſtus expreſſerit, & exinde Apoſtoli nihil de ea ſcripto præceperint; nihilominus ab eorum & quidem infallibili traditione *exordium ſumpſiſſe Credenda eſt.* *Servetur quod tra-„ ditum eſt.* Sic (*b*) Conſuetudinem tantum opponebat „ Stephanus Cypriano. Et (*c*) inde ab Oecumenici Concilii, quamvis obſcura definitione, ad uſque noſtram ætatem eâ fide recepta eſt; ut & pertinaces (*d*) olim Donatiſtæ, & recentes Anabaptiſtæ fidem, & pietatem Miniſtri (ſi (*e*) Proteſtantibus credendum eſt) ut neceſſariam exigentes tanquam Hæretici rejiciantur.

b Idem ſupra

c Baron. Ann. C. 288. C. Nic. 1. can. 19.

d Aug. Tract. 5. in Ioan.

e Kemnit. 2. Par. ex. C. Trid.

VII.

Quandocunque Doctores omnes Eccleſiæ, aut in Concilio generali Congregati, aut ſeorſim ſcribentes in Libris unanimiter docent, eſſe Traditionem Apoſtolicam, aut, errantibus paucis, cæteri omnes concordaverint, illud ab Apoſtolis traditum rectiſſimè creditur. Qui enim, quos Deus poſuit in Eccleſiâ Doctores errare poſſint in docendo, ſi Eccleſia eos ſequi debet, nec errare poteſt in credendo? (*a*) Contradixit Baptiſmo hæreticorum Cyprianus. At cum Stephano Occidentales Patres Cypriano reſtiterunt. (*b*) Veritati in Synodo Nycæna, ſed obſcurè definitæ acceſſit clariſſima Pontificum Explicatio: quia ſcilicet (*c*) *Paulianiſtæ in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti minimè baptizabant.*

C. Trid.
D. D. Cathol.
Ex Trid ſeſſ. 4. de uſu SS. Libr.
Bell. L. & c. cit.
Valen. loc. cit.

a Cypria. Ep. ad Pomp.

b Nicen. 1. Can. 19.

c Innoc. 1. Ep. 22. cap. 5.

Digitized by Google

CONTROVERSIA QUARTA.

DE Verbo Dei audito, SEU Fide Catholica

Ad Verbi Scripti normam examinata.

CAPUT PRIMUM.

Veritas Fidei Catholicæ Contra Proteſtantes omnes.

Principium Catholicis, & Acatholicis commune.

I.

Catholici. *a* Ex Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. *b* Arauſic. 2. Can. 5. *c* Proteſt. Ex Confeſſ. Aug. Helvæt. *d* Calv. 3. Inſtitut. cap. 2. par. 9. *e* Hæbr. 11.

NOmine Fidei Catholicæ venit hic apud Orthodoxos, & Eterodoxos motus ille actualis animi Viatoris, quo *primò* (*a*) *movemur in Deum* ad obtinendam per Chriſti merita Juſtitiam, (*b*) quove *voluntatem noſtram ab infidelitate* ad fidem in Deum, & Chriſtum ejus *corrigentes*, (*c*) Fideles incipimus eſſe, atque propriè Chriſtiani. Omnibus enim pro certo eſt, veram Fidem, (*d*) quamve ut *initium* ſalutis nobis commendant Scripturæ, eſſe acceſſum ad Deum, (*e*) quo *oportet credere quia eſt*.

I I.

a D. D. Catholic. ex *a* Trid.] *b* Arauſ.] ſupra. *c* Proteſt ex Calv. *c* Lute.

Ejuſmodi Fidem (*a*) eſſe ſimpliciter neceſſariam ad ſalutem: (*b*) eſſe ſupernaturalem, & per illuſtrationem Spiritus Sancti, non humanis viribus comparari: (*c*) eſſe certam, atque infallibilem; omnibus ſatis ſuadent

Digitized by Google

dent Sacra Biblia, dicente Apoſtolo. (*d*) *Impoſſibile eſſe ſine fide placere Deo*: (*e*) *Non ex nobis, ſed Dei donum eſſe*; [*f*] Et *ſi teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei majus eſſe*: quoniam (*g*) *non eſt, ſicut homines, ut fallatur, aut mentiatur Deus*.

d Hæbr. 11.
e Eph. 2.
f 1. Ioan.
g Numer. 23.

THESES CATHOLICÆ.

Fides ſupernaturalis, & Divina, quæ commendatur in Sacris Literis, ut neceſſaria homini viatori ad ſalutem, eſt una, eademque unica Fides. [*a*] *Unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma*. [*b*] Da plura Baptiſmata ex unica forma ſi potes: ex uno motivo dabis & multiplicem Fidem. Ab uno Deo inſtituente una Baptiſmi ratio: (*c*) *Baptizantes eos in nomine Patris &c.* Ab uno Deo dicente una Fidei motio. *Dicit Dominus*. [*d*] Fide *credimus vera eſſe, quæ divinitùs revelata ſunt*. Nec ulla credendi diſparitas ex revelatorum differentia; [*e*] ſi *Fides eſt & bonarum rerum, & malarum, quia bona creduntur, & mala*; & *hoc fide bonâ, non malâ*.

D. D. Cathol. ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. Aug. Enchir. cap. 8. D. Thom. 2. 2. q. 1., art. 1.
a Epheſ. 4.
b D. Th. 4. Epheſ. Lec. 2.
c Marc. 16.
d Trid. ſeſſ. 6. c. 6.
e Aug. Enchir. c. 8.

I I.

Hinc illa Divinæ Fidei diviſio in triplicem, & diſparem, *Hiſtoricam* nempè, *Miraculorum*, & *Promiſſionum*, ſomnium eſt Novatorum, atque figmentum. [*a*] Nova nomina novæ Fidei Novator in Eccleſiam invexit. Sed fruſtrà; quando una omnis ex ſanctis Bibliis deducta, [*b*] *Theologica*, *Dogmatica*, *Catholica* audivit in Priſca Eccleſia, audit in Moderna. Credimus quidem Hiſtorias, Poſſibilia, Promiſſa Divina credimus: ſed uni Deo narranti, promittenti credimus, non Hiſtoriis, aut Promiſſis. „ [*c*] Fabulatores noſtri ſi unam Fidem haberent, „ omnem haberent; quia triplicem habent, nullam ha-„ bent.

D.D. Cathol. ex Trid. ibid. D. Tho. ibid.
a Proteſt. ex Calv. 3. Inſt. cap. 2. Gerhar. l. 2. p. 3. fol. 591. Amel. l. 5. Fid. Iuſt. cap. 1.
b Chriſ. h. 12. in 1. Cor. 12. Cyrill. Hieroſ. Cathech. 5. & 9.
c Maldon. Matth. 9.

I I I.

Omnes, & ſinguli Articuli revelati [*Hiſtorici*, *Miraculorum*, aut *Promiſſionum* utcumque dicantur] unâ eâdem Fide Catholicâ, & ex pari obligatione credendi ſunt. „ Quid Fides Hiſtorica, [*a*] inquiunt, ad „ fidem Promiſſionum? Numquid perindè neceſſarius „ Tobiæ Catellus, ac Chriſtus Redemptor ad ſalutem? „ Maximè, (*b*) *ſi Principium, quod loquitur nobis* pariter incre-

D.D. Cath. ex Trid. ſupra, & Eccl. praxi.
a Proteſt ex Calv. ibid. §. 7.
a Kemnit. in Ex. C. Trid.
b Ioa. 3.

Digitized by Google

increpat *terrena* non credentes, atque *Cæleſtia*. Hyme-
næum, & Alexandrum, reſurrectionem Mortuorum fu-
c Tim. 2. turam, (c) *dicentes eſſe jam factam* Apoſtolus *tradidit Sa-*
d Aug. Cypria. *thanæ*. Non omnes (d) quidem quoad Propoſitionem;
ſed omnes propoſiti quoad Fidem articuli neceſſarii ſunt:
e Iacobi 2. [e] Et qui diſſentit *in uno factus eſt omnium reus*.

I V.

D.D. Cathol. ex Conc. & Symbolis Apoſt. Athan.

Fidem commendatam à Scripturis tum *Hiſtoricam*,
(quando hæc nomina Hæreticis placent) tum *Miraculo-*
rum, tum *Promiſſionum* nunquam nomine, re, & effectu
diſtinxerunt Hagiographi, unamque, eamdemque Ca-
tholicam, atque modo ſuo *juſtificantem* agnovit Eccleſia.
a Proteſt. „ (a) Qui credit, *in Chriſtum Jeſum juſtificatur*.
a Ameſ. ſupra „ Fidei Promiſſionum offertur juſtificatio, non Hiſtori-
a Hilſeman Brev. Vermis Conſc. Calixti. „ cæ; immò hæc ſeorsìm ſumpta diabolica eſt. At Chri-
ſtum ſuſcitatum eſſe à mortuis hiſtoria eſt. Numquid
b Rom. 10. [b] qui ſic *crediderit* fide diabolicâ *ſalvus erit*? Abrahæ
c Chriſoſ. ſerm. 8. credenti Deo, ſe filium ſuſcepturum in ſenectute ſua,
d Rom. 4. reputatur ad juſtitiam (d) *Fides Miraculorum* pariter, ac
e Actor. 13. omni credenti in Chriſtum. (e) *Fides Promiſſionum. Hæc*
eſt Fides Catbolica hiſtorica quæque concludens, &
f Athan. in Symb. quam; (f) *niſi quiſque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.*

V.

D.D. Cathol. ex P.P. Aug. L. 11. De Civ. cap. 2. Ex Trid. ſeſs. 6. c. 6.

Fides propria Chriſtianorum non tendit in Chri-
ſtum, ut primarium terminum ſui aſſenſus, ſed reſpe-
ctivè ſecundarium; quatenùs primariò reſpicit Deum,
a Proteſt. Chriſtum poſt Deum. (a) Enormis Reformatorum
Ex Calv. 3. Inſt. c. 2. calumnia eſt. „ Pontificios dum de Fidei objecto diſſe-
„ runt, quaſi velo obducto Chriſtum texiſſe. „ Immò
b S. Thom. 1. p. q. 7. manifeſtatur Chriſtus; (b) ſi ordinatim Fides per Chri-
Valen. D. 1. de Fide, q. 1., §. 3. ſtum hominem tendat, & maneat in primo credibili Deo.
c Ioan. 14. (c) *Creditis in Deum, & in me credite*, ſuadet nobis *Dei*
d Aug. 11. de Civ. cap. 2. (d) *Filius, qui Homine aſſumpto, Deo non conſumpto,*
fundavit Fidem, ut iter eſſiet ad Deum per Hominem Deum.

CAP. II.

104

CAPUT SECUNDUM.

Orthodoxa Notio Fidei juſtificantis.

Contra Proteſtantes omnes Recentiores.

Principium Pontificiis, & Proteſtantibus Commune.

AD actum Fidei Juſtificantis præerequiritur aliqua notitia (a) ſignorum, (quæcumque illa ſint) quâ prævia præparatur Animus ad hærendum, concurrente Spiritu Sancto, per Fidem Salvificam Deo.

D.D. Cathol.
a P.P. & D. Tho. 2.2.q.1.art.4.
a Proteſt. apud BurK. in Ingreſ. ad Pol.

THESES CATHOLICÆ.

I.

FIdes Juſtificans, quæ ſcilicet commendatur à Sacris Bibliis ut medium neceſſarium ad Juſtificationem, conſtitutivè non eſt, niſi aſſenſus intellectualis veritatibus à Deo revelatis. (a) Vita æterna eſt, *ut cognoſcant Deum verum &c.* (b) *Fide intelligimus &c.* (c) *Fide credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.* At quid, precor, *cognoſcere, intelligere, credere* exprimunt ex parte modi, tum ex parte termini, niſi exercitium intellectuale? (d) Profecto ſi bonum, qua *Bonum* ſpecificat tendentias affectivas voluntatis, verum qua *Verum* conceptivas intellectûs, rationem veri non excedit Fides, quæ una eſt (e) *præteritarum rerum, præſentium, & futurarum.* Spes, & Charitas orant. (f) *Credere autem eſt cum aſſenſione cogitare.*

D.D. Cathol.
Ex Trid. ſeſs. 6. c.6., & 8.
a Ioan. 17.
b Hebr. 11.
c Rom. 4.
d D. Th. Hebr. 11. Lec. 2.
e Aug. Ench. c. 8.
f Idem ibid. c. 2.

II.

Vera Chriſti Eccleſia non aliam Chriſtianæ Fidei Profeſſionem, ut diſcretivam Fidelis ab Infideli unquam exegit, niſi per aſſenſum intellectualem veritatibus revelatis palam expreſſam; nec Hæreſim proſcripſit, niſi per formalem errantium diſſenſum manifeſtam. (a) *Credidimus in Filium Dei Unigenitum conſubſtantialem Patri.*

D.D. Cathol.
Ex Conc. & P.P.
Athan. de Fide ad Iovin.
Aug. de Temp. Serm. 119.
a Symbolum C. Nic.

(b) *Eos*

Digitized by Google

b Ibidem in fine

(b) *Eos autem, qui dicunt Ex non exiſtentibus factum, anathematizat Catholica Eccleſia.* Quæ autem Catholicorum confidentia in confitendo Verbum Patri ὁμοούσιον, quæ Arianorum in diffitendo diffidentia? Nulla. Sed in illis (c) *ſimplicis veritatis voluntaria notitia*: in his (d) averſio à veritate. (e) Symbolum *brevis regula Fidei eſt*: ſed perinde credendorum regula, atque modi credendi.

c Dion. Ar. de Diu. Nom.
d 2. Tim. 4.
e Aug.] ſupra
e Athan.]

III.

D. D. Cathol.
Ex Trid. ſeſs. cit., Can. 12.
a Con. Evangelicos.
a Ex Lut. ſerm. Dom. 1. Quadrag.
b Ex Lut. ibid.
b Centur. Cent. 1. L. 1. cap. 4.
c D. Th. Hebr. 11. Lect. 1.
d Bell. L. de Iuſtifi., cap. 11.
e Aug. Ench. c. 8.
f Trid. ſeſs. 6. Can. 12.

Propterea indubitata quædam, & certa Fiducia Miſericordiæ per Chriſtum promiſſæ (a) Novatorum Figmentum eſt, & Fidei Juſtificantis potius deſtructio, quam „ conſtitutio. (b) Fides, inquiunt, Juſtificans non „ eſt aliud, niſi fiducia Divinæ Bonitatis per Verbum Dei cognitæ. Verum qua præviâ notitiâ *cognitæ*, niſi Fide, „ *quæ eſt in Chriſto Ieſu* (c) & quâ inchoatur vita æterna „ in nobis? Fiducia (d) ſpes roborata eſt; & ex robore Fidei naſcitur, non illud conſtituit. (e) Diſtinguenda „ proinde eſt Fides à Spe, ſicut vocabulo, ita & rationabili „ differentiâ. Atque ex Eccleſiæ latâ ritè ſententiâ. (f) *Quicunque dixerit, Fidem juſtificantem nihil aliud eſſe, niſi fiduciam Divinæ Miſericordiæ peccata remittentis per Chriſtum, Anathema ſit.*

IV.

D. D. Cathol.
Ex P. P. Chriſ. Hom. 29.
Baſil.] Hebr. 11.
Theod.]
b Heb. 11.
c Centur. Cent. 1. L. 1. cap. 4.
c Gherar. L. 2. P. 3. art. 25.
d Chriſoſt. ſupra
e D. Th. Heb. 11. Lect. 1.
f D. Bonav. 3. Sent. D. 26. art. 1. q. 5.
g Chriſ. ibid.

Tantum abeſt, ut Paulina Fidei Juſtificantis, *Hebr.* 11. ſeù rigoroſa definitio, ſeù deſcriptio (utravis veritati non obeſt) conſtituat Fidem ipſam in fiduciali reſpectu ad Chriſtum, ut potius in aſſenſu intellectuali ſitam eſſe demonſtret. [a] Quid, „ inquiunt, Fides, niſi [b] *ſubſtantia rerum ſperandarum*? „ & quid *ſubſtantia* niſi Græcè ὑπόστασις, ideſt, *expectatio*, „ [c] qua ferimur in res ſperabiles, atque ut bonas ſpe„ ranti? Verum audiant Græcum, & Aureum Interpretem veritatis. [d] *Fides facit ſubſiſtere in Animâ noſtrâ res ſperandas: Ipſa eſt eſſentia* intentionalis *rerum*, [e] quæ trahit ad ſe, non trahitur à ſperandis. *Sperandæ res* igitur, non per fidem, quâ [f] ſubſiſtunt in mente; ſed per ſpem advenientem, quâ expectantur. *Hoc eſt, quod Apoſtolus dixit: ſubſtantia rerum ſperandarum.*

V.

D. D. Cathol.
Ex P. P. & Theol.
a Symbolum Apoſt.

Forma Symboli ab Apoſtolis præſcripta, & inde à Conciliis ad nos uſque derivata, quâ profitemur. [a] *Credo in Deum &c.* In *Ieſum Chriſtum &c.* In *Spiritum*

San-

Digitized by Google

Sanctum, quemadmodùm Fidem *propriam Chriſtianorum* exprimit; ita nullum voluntatis affectum, expectationem (*b*) aut fiduciam, tanquam ipſius Fidei eſſentiam Catholicis auribus unquam ſonuit. „ (*c*) *Quando* „ *recitas Symbolum non dicis credo Deo, ſed credo in Deum*; „ *quia credere in Deum ſoli noverunt, qui diligunt illum*, „ (*d*) Thomas ipſe diſtinguit actum credendi *in Deum* „ per motum voluntatis in Deum ut bonum, & finem „ tendentis. „ Ita fiducialem fidem ſuam tuentur Proteſtantes. (*e*) Quin etiam addunt, quòd verbum „ *Credo* „ *in* fiducialem reſpectum in omnes articulos diffundit? „ Addunt hoc Reformati. At ex Scriptura perindè (*f*) *reputatur ad Juſtitiam credere Deo, Deum, ac in Deum*. Diverſi conceptus ratione ſæpè differunt, non naturâ. (*g*) Hinc *credit in Deum*, & *amando credit* Eccleſia. Neque tamen ipſo Fidei actu affectivè tendit in Deum; ſed, aut prævio ad credulitatem affectu, aut conſequente Fidem elicitam Charitate.

b Contra Proteſ. Ex Lut. Gal. 3.
c Aug. ſerm. 81. de Tempore.
d D. Th. 2. 2. q. 2. art. 2.
Proteſt.
e Ex Calv. in Antid. C. Trid.
e Ames.
f Catholici.
f Rom. 4.
f Act. 8.
f Ioan. 3.
g Aug. Serm. 81. de Tempore.
g Bernard. in Cant. ſerm. 14.

VI.

Fides juſtificans, ex Verbo Dei Scripto, & Priſcæ Eccleſiæ Doctrinâ, eſt aſſenſus intellectualis obſcurus, & inevidens Myſteriis revelatis. (*a*) *Nunc per Fidem ambulamus, non per ſpeciem*. Nempè (*b*) *nunc cognoſcendo ex parte*, & videndo *per ſpeculum in ænigmate*; tunc cognoſcendo *ſicut* cogniti *ſumus*, & *facie ad faciem*. Igitur Fides, per quam ambulamus in via (*c*) *non eſt aliud, niſi credere quod non vides*. Non enim à Domino „ (*d*) rationem exigimus, ſed Fide prævenimus: (*e*) *Nec tam habet veniam, quàm præmium ignorare quod credas, ubi maximum Fidei ſtipendium eſt ſperare quod neſcias*.

D. D. Cathol.
Ex Apoſt. Et P. P.] Hebr. 11.
a 2. Cor. 5.
b 1. Cor. 3.
c Aug. Tract. 40. in Ioan.
d Ambroſ. L. 1. de Abr. cap. 3.
e Hilar. L. 4. de Trinit.

VII.

Pronunciatio Apoſtoli. (*a*) *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum: argumentum non apparentium* ſive ſit exacta Fidei definitio, ſive pura deſcriptio) Fidem Chriſtianam obſcuram eſſe Patribus, & Theologis ſemper expreſſit. Quorsùm negant Sectarii „ (*b*) Paulinam ſententiam eſſe notionem Fidei juſtificantis, quâ talis, aut „ exactam definitionem; (*c*) quia non exprimit reſpectum fiducialem in Deum? Falso *Fiducia indubitata* petitur; falsò propria rei notitia, ubi, vel ſignificantur duæ Fidei proprietates; vel expreſsè genus, & differentia

a Hebr. 11.
D. D. Cathol.
Ex Trid. ſeſſ. 6. c. 6.
Aug. Tract. 79. in Io.
c Nazi. Or. 2. Theol.
b Ameſ. Tom. 4. fol. 130.
c Eraſ. Roterod. in Annot.

d D. Th 2.2.,q.1., art. 4.
e Athan. de Chriſt. Adu.

ab omni non Fide Divina) Nullo voluntatis motu,(*d*) evidentiâ nullâ admiſsâ, concludunt ex genuino Pauli ſenſu, Patres, [*e*] *Fidem ex re evidenti conceptam Fidem dici non poſſe*.

VIII.

Ex P. P. & Theol.
D. Thom. 2.2.,q. 4., art.1.
Id. Hebr. 11., Lect 1.
D. Bonav. art.1., q.5.
Magiſ. 3. ſent., Diſt. 23.
Bellar. 1. de Iuſtif., cap.5.
Suar. Tract. de Fide, diſp 6., ſect.2.
a Eraſm. in Annot
b Idem ibid.
c D. Th. Hebr. 11. Lect.1.
c Tirin. Comm. Hebr. 11.
d Bell. ſupra
e Aug. ſupra
e Suar. ſupra
f Iuſtinian. Hebr. 11.
g D. Thom. 2.2., q.4., art.1.
h Suar. ſupra

Cenſemus tamen cum communi Theologorum ſententia, Textum Apoſtoli, *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum*; *Argumentum non eſt apparentium*, eſſe adæquatam ſecundùm genus, & differentiam, atque propriam Fidei ſupernaturalis, Chriſtianæ, & Juſtificantis, quamvis obſcurè poſitam definitionem. (*a*) Falsò ſermo Pauli etiam Fidei humanæ communis eſt: (*b*) Falsò purum Fidei Divinæ encomium, aut rudis, & manca deſcriptio; (*c*) quando *ſubſtantia* præſentiam intentionalem; *res ſperandæ* etiam præſentia, & præterita; omnia tamen reductive ad Deum exprimunt: (*d*) atque ſimul junctæ particulæ Fidem ab omni voluntatis actu, & ab omni naturali intellectûs motu diſcriminant. Item quando Particulæ *argumentum non apparentium* auctoritatem exponunt Dei convincentem, (*e*) & certam intellectûs convictionem de objectis, quæ nobis ignota, ex ſubluſtri Divinæ revelationis caligine, tanquam *per ſpeculum in ænigmate* vix innoteſcunt (*f*); atque ultimò fidem ab omni ſcientia, & intellectu, ab opinione, ſuſpicione, & dubitatione diſcernunt. Hinc ex Apoſtolica definitione clarior eruitur juxta Angelicum. „ (*g*) Fides eſt actus „ mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens „ intellectum aſſentiri non apparentibus (ſupple) (*h*) „ propter auctoritatem Dei obſcurè revelantis.

IX.

D. *D*. Cathol.
a Ex Trid. ſeſſ. 6. cap.6.
a Tolet. 4. Can.15.
a Arauſ 2. Can.5.
b Cont. Reform.
c Ex Calv. 3. Inſt. cap.2. §.9.
c Confeſſ. Helv. Poſt. art.16.
c Ex Lut. ſerm. Dé. 2. Quadr.
c Confeſ. Aug. art.4.
d Bernar. Ep. 190.
e Aug. de util. cred. cap.1.
f Idem de SS. Trin. ſer.1.
g Greg. hom. 26. in Evang.

Propterea Fidem juſtificantem eſſe (*a*) per ſe evidentem, aut propriam, & ſtrictam notitiam Remiſſionis promiſſæ, aut revelatæ, tanquam obſoletum, iterumque recoctum errorem (*b*) refutarunt Patres, proſcripſit Eccleſia. „ (*c*) Fides, ajunt, Chriſtiana eſt evidens „ animi aſſenſus, opus potiùs cordis, quàm cerebri; „ clara notitia; certiſſima comprehenſio Divinæ pro- „ miſſionis: En crambe recocta ex Beguardis Fidem ne- „ gantibus, (*d*) niſi veſtiatur evidentiâ *rationis humanæ*: & priùs ex Manichæis, (*e*) Fidem ante rationem „ evidentem imperari, querentibus. „ Verùm Fidelis „ factus eſt Auguſtinus: (*f*) *Credit quod neſcit*. „ Reponit Abailardo Bernardus ex Gregorio. (*g*) *Fides non habet me-*

meritum, ubi ratio præbet experimentum. Quid enim clara notitia, ſi [*h*] *Corde creditur ad juſtitiam*? [*i*] *Liberè movemur in Deum credentes*: & Fidei [*k*] initium non eſt „ ex neceſſitate rationis evidentis, ſed ex ipſo credulitatis „ affectu.

h Rom. 10.
i Trid. ſeſſ. 6. c. 6.
k Arauſ. Can. 5.

X.

Extrinſeca credendi ratio, quam providet Deus, docent præviam ad credendum Scripturæ, percipiunt, & adhibent credituri, nec evidentiam, nec levitatem refundit in actum Fidei, ſed prudentiam, & libertatem.

D. D. Cathol.
Ex *P. P.*

[*a*] *Teſtimonia* Domini *credibilia facta ſunt nimis*. Non ideò tamen evidenter vera: [*b*] Qui enim piæ *credulitatis* affectus *corrigeret voluntatem noſtram ab Infidelitate ad Fidem*? Sed evidenter credibilia ſunt, ut præviâ ſignorum externâ notitiâ [*d*] *credere, aut non credere voluntatis ſit*; at credere prudentiæ, imprudentiæ non credere tribuatur.

a Pſal. 92.
b C. Arauſ. Can 5.
c D. Th. 2. 2., q. 1., art. 4.
d Ambroſ. Rom. 4.

X I.

Fides quæ *explicita*, & quæ *implicita* audit apud Orthodoxos, utraque obſcura, utraque ad ſalutem neceſſaria eſt; & neutram ſine altera, tanquam Catholicam Fidem unquam Eccleſiæ praxis admiſit. [*a*] Ignorant ſanctiſſimam ignorantiam noſtram Sectarii; quia perperàm ignorant notitiam ſuam. „ Quorſùm enim „ Fidem noſtram depravant, quaſi Fidem *explicitam* no- „ titiam, „ (*b*) *implicitam* ignorantiam eſſe velimus? (*c*) Seu diſtinctè ſingulis Myſteriis, ſeu *uni Propoſitioni generali multas veritates includenti aſſentiamur*, *auctoritati Divinæ debemus*, non rationi; „ (*d*) atque hoc unum „ ſcimus, nos neſcire quod neſcimus. „ (*e*) Permane in iis, quæ [ab Eccleſia] *didiciſti*, *ſciens à quo didiceris*. Tutiſſimus ſemper fuit ad Fidem Eccleſiæ recurſus (*f*) quemadmodùm accedens ad Baptiſmum non admittitur, niſi ſit paratus *credere quod credit Eccleſia*.

D.D. Cathol.
Ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.
Et P.P. Aug. 4.

a Poteſt ex Calv.
a Ameſ. ſupra
b Hommius
c Bell. L. 1. Iuſt. cap. 7.
c Biellus Sorbon. L. 1. Iuſtiff.
d Aug. de util. cred. cap. 11.
d Idem Serm. 1. de Trin.
e 2. Tim. 3.
f Card. Hoſ. con. Prologom. Bren. L. 3.
f Pighh. L. 1. Hier. Eccl., cap. 8.

CAPUT TERTIUM.

Certitudo Fidei Juſtificantis.

Contra Recentiores Proteſtantes.

Principium Catholicis, & Acatholicis Commune.

a D. D. Cathol. ex Trid.
a Et Proteſt. ex C. Confeſs.
b Arauſic. 2. Can. 5.
c Confeſs. Prot.
d Aug. L. de Fid. & Op., cap. 14.
e Idem L. 7. Confeſs. cap. 10.

FIdes Chriſtiana eſt ex natura ſua apud omnes (a) infallibilis; utpote actus immediatè attingens aſſertivè Deum dicentem, & Myſterium dictum; atque adeo eſſentialiter connexus cum utroque, eo quod Deus nec in cognoſcendo falli poſſit, nec fallere in revelando. Indubitabilitatis autem certitudo diſpar eſt Orthodoxis, & Novatoribus; quatenus illis (b) ex prudenti credendi affectu, (c) his ex neceſſitate evidentiæ contingit adhæſio. Utrique tamen, quamvis non æquè (d) bonâ ſecuritate, bene credere præſumunt; & Auguſtinum æmulantur profitentem: [e] *Potius dubitarem me vivere, quam eſſe veritatem, quam audivi in Corde.*

THESES CATOLICÆ.

I.

C. Trid. ſeſs. 6. c. 9. Idem ibid. Can. 15., & 16.

NUllus Fidelis, aut Juſtus in hac vita, ex Communibus Eccleſiæ factis Revelationibus, & ſine ſpeciali Dei revelatione, eſt certus certitudine abſoluta, & infallibili de ſua vera Fide, de ſua Juſtitia, Perſeverantia finali, & Prædeſtinatione. Male præſumunt Proteſtantes. Revelatio de verâ Fide, & Remiſſione peccatorum (a) facta Paralitico; Magdalenæ, Hemoroiſſæ ſpecialis, & privata eſt. Non enim raro robuſtâ credentis (b) *Fide tangitur Chriſtus.* At communis Revelatio Sapientibus, & Juſtis eſt. *Neſcit homo, utrum odiō, an amore dignus ſit.* (c) Nec putes, (d) ſenſum eſſe de ignorantiâ ex externis beneficiis; eo quod (e) *æquè eveniant juſto, atque impio.* Sed ſenſus Salomonis eſt. (f) Inveni juſtorum quidem opera, ex Dei Verbo, in manu Dei eſſe; *& tamen utrum amentura Deo, an non*, ex Dei communi dicto, *nunc eos ſcire non poſſe.*

a Luc. 7.
b Ambroſ.
c Eccleſ.
d Calv. Antid. C. Trid. ſeſs. 6.
e Eccleſ. ibid.
f Hier. Comm. Eccleſ. 9.

II.

I I.

Immo neque ſecundũ Legem Dei ordinariam poteſt quiſquam Fidelis, aut Juſtus certo ſcire, & ſine formi. dine oppoſiti, ſe habere veram Fidem, Iuſtitiam, Perſeverantiam &c. (*a*) Qua luce fidem *ut oportet*, & Juſtitiam diſcernes, ſi cauſa eſt ſupernaturalis; atque adeo occulta? (*b*) *Etſiſimplex* cum Jobo fueris, *hoc ipſum ignorabit anima tua.* Vtique Fidelis, & electus Paulus: audi tamen in perſona omnium juſtorum loquentem. (*c*) *Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc juſtificatus ſum.* (*d*) „ Omnis enim homo ordinario lumini relictus, licet „ Sanctus, licet Iuſtus, ſibi tamen abiſſus eſt, & ſuę juſtifitionis incertus.

D. D. Catthol. Ex Trid. ſupra

a Valen. Tom. 1. D. 7. q. 4. Punc. 4.
b Iob. 9.
c 1. Cor. 4.
d Aug. Enunc. in Pſal. 41.

I I I.

Hinc Sanctiſſima Eccleſiæ Definitio, & Praxis eſt, nullum ſine temeritate confirmare poſſe juramento, ſe Remiſſionem peccatorum, Gratiam, atque in eâ perſeverantiam conſequutum eſſe. Temere quidem (*a*) *abſque ulla dubitatione ſtatuas* apud temet ipſum, *te eſſe Juſtificatum.* Magis temere hoc ipſum jurare præſumas; (*b*) quando ignorantiam de ſua Juſtitia fatetur Job; & eſto ſenſum Jobi fortè non definiat Eccleſia; (*c*) tamen ex Jobi verbis Canonicam Purgationis Formam, qua quis de criminibus, jam palam commiſſis, ſed (*d*) *tanquam certo per pœnitentiam dimiſſis ſe purgare obtulerit*, omnino *reprobat*; atque prorſus *indiſcretam, temerariam, & ineptam eſſe definitivè concludit.*

D D. Cattol. Ex Trid. ſeſs. 6. c. 9. Innoc. III. C. *Accepimus*. Extra. De Purgatione Canonica.

a Trid. ſupra
b Ioh. 5.
c Valen. P. cit.
d C. Accep. ſupra

I V.

Revelationes, & Promiſſiones Communes in Scripturis factæ de obtinendâ Remiſſione, Gratiâ &c. à Credentibus, Pænitentibus &c. propoſitiones generales ſunt, atque conditionatæ; nec ullam in particulari de purificatâ ex parte noſtri conditione abſolutam certitudinem Fidei inducunt. (*a*) Quibuſnam Scripturis revelat Deus Evangelicis, & Reformatis, quando credunt in Chriſtum, ſe recte credere, atque *ut oportet*? (*b*) Nempè eiſdem, ex quibus Socciniani, aut Anabaptiſtæ putant, ſe rectè credere, & (ut ipſi dicunt Proteſtantes) rectè non credunt. Igitur ex nullis. Vtique (*c*) *Si credis ex toto corde &c. Si petis in nomine Chriſti &c.* At temere de Salute, & Gratiâ obtentâ certo concludes, ſi de impletà conditione certo non conſtat: & (*d*) Pelagianorum more *malâ ſecuritate bene credere præſumes, ut male vivas.*

D. D. Cathol. Ex Eccl. *P. P.*

a Ex Lutero L. de Lib. Chriſt.
a Calv. L. 3. Inſt. cap. 19.
b Gerhar. Conf. Cath. L. 2. P. 3. art. 23. cap. 6.
b Ames tom. 4. L. 6., cap. 5.
c Actor. 8.
c Matth. 21.
c Aug. de Fid., & Op., cap. 14.

V.

Digitized by Google

V.

Ex Trid. ſeſs 6. Can. 20. & 21. Patribus. Con. Precell.

Fictitia, atque erronea omnino eſt Veteris à Novo Teſtamento differentia; quod ſcilicet Promiſſiones in Veteri factæ ſint quidem conditionatæ; ſi videlicet quis obſervet Divina Præcepta: In Novo autem ſint abſolutæ; ideſt à bonorum operum ponendâ conditione nullatenus dependentes. (a) Teſtamentum Vetus *Lex factorum eſt*, (b) Novum *Juſtitia Fidei*. An proinde ſolam Fidem in Chriſtum exigunt Promiſſiones in Novo? (c) „ Quo modo Chriſtianus homo per Fidem eſt liber ab „ omni Lege, aut nullam operum rationem habere de„ bet; ſi (d) Chriſtus Legifer noſter (e) *Mandatum novum dat nobis, ut diligamus invicem*: (f) Si non pænitentibus mortem, ſi negantibus eſurienti cibum ignem æternum indicit? (g) Teſtamentum Novum, non equidem abſolutis Promiſſionibus, ſed Fide, Spe, ex Charitate perfectius eſt. Et merito clamat Eccleſia. (h) *Si quis dixerit Evangelium eſſe nudam, & abſolutam promiſſionem vitæ æternæ ſine conditione obſervationis Mandatorum, Anathema ſit.*

a Rom. 3.
b Hebr. 7.
c Ex Lut. de Captiv. Babil. Conf. Altemburg.
c Ex Calv. 3. Inſtit. cap. 11.
d Iſa. 33.
e Joan. 13.
f Matt. 28., & 25.
g Aug. in Pſal. 73.
g Valen. T. 2. D. 2., q. 6. P. 3.
h Trid. ſeſs. 6., Cā. 21.

VI.

D. D. Cathol. Ex Trid. ſupra.

Erronea Novatianorum incertitudo de remiſſione peccatorum poſt Baptiſmum longè differt ab Orthodoxa incertitudine Romano Catholicæ Eccleſiæ. Quàm „ longè diverſum eſt (a) eſſe incertum Remiſſionis, quantum eſt ex parte Dei, (b) ac non eſſe *certum*, *quantum eſt ex parte noſtri?* Illud contendebant Novatiani. (b) Hoc aſſerunt Pontificii. (c) *Quid durius, quam ut* (Novatiani) *indicant pænitentiam, quam non relaxant; cum utique veniam negando incentivum auferant pænitentiæ?* Nihil certius Pontificiis, quàm (d) quod, *dum nos ipſos, noſtramque propriam infirmitatem reſpicimus, unuſquiſque de ſua gratia formidare, ac timere poteſt.*

a Euſeb. Hiſt. Eccl. L. 6., cap. 38.
b Niceph. Hiſt. Eccl. L. 6. cap. 3.
b Trid. loc. cit.
c Ambroſ. L. 1. de Pœnit. con. Novatianos.
d Trid. ſeſs. 6. c. 9.

VII.

D.D. Cathol. Ex Trid. ſeſs. 6. c. 9. Contra Reform. Ex Calvin. Antid. C. Trid. cap. 2.

Præſcindendo à ſpeciali revelatione, quidquid *ſcientiæ, ſecuritatis*, *certitudinis* in Viris Sanctis de propriâ Juſtitiâ, Perſeverantiâ, Prædeſtinatione indicent Scripturæ, nullam ex Deo revelante Fidei infallibilitatem, ſed puram ex Divinis impulſibus conjecturam, cui poteſt ſubeſſe falſum, oſtendent. (a) *Ipſe* quidem *Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſumus Filii Dei.* (b) At Teſtimonium non eſt Spiritûs revelantis infallibile; cum (c) *omni Spiritui* credendum non ſit; & neſciamus *cujus Spiritûs* ſimus; verum ex piis Animi motibus fallibile;

a Rom. 8.
b Ambroſ. 1. Cor. 12.
b Hier. Ep. ad Algaſ.
c 1. Jo. 4.

cum

Digitized by Google

cum (d) *Sathanas ipſe transfiguret ſe in Angelum Lucis*; d 2. Cor. 11.
atque impii Saul, & Balaam prophetaverint. (e) Inquo e Tolet. Rom. 8.
ergo Spiritu ſciunt ſe clamare, *Abba Pater* Reformati; ſi e Tirin. in Eccleſ. cap. 10.
„ [hoc ipſi fatentur] (f) experientia oſtendit, ſimili fere f Calv. loc. cit.
„ ſenſu Reprobos, atque Electos affici; ut, ne ſuo quidem
„ judicio, quidquam ab Electis differant?

VIII.

Hinc temeraria, immò Diabolica eſt mala illa bene credendi præſumptio, qua volunt Sectarii, dum actu credunt in Chriſtum, ſe ex communibus Revelationibus certos eſſe certitudine Fidei de vera ſua Fide, de Remiſſione, & Gratia „ tunc obtentâ. [a] Adde & illud; Nullum recte „ credere, juſtificari, perſeverare, prædeſtinari, niſi qui „ hoc ipſum firmiſſimè credat. Quam multis gradibus [b] *Error ſerpit ut Cancer*! Quà *Fiduciâ indubitata* Divinis Promiſſionibus nituntur, ſi iſtæ conditionem operis implendam indicunt? Quâ certâ notitiâ impletam norũt, ſi Fidei modum, & cauſam prorſus ignorant? (b) *Utique Fidem ipſam quiſque videt eſſe in Corde ſuo, ſi credit, non eſſe, ſi non credit*; ſed Fidem quoad objectum, non quoad „ modum videt. Salutem noſtram operamur cum tremo- „ re, non præſumptione.

D. D. Cathol. Ex Trid. ſeſſ. 16. câ. 13. 14. 15., & 16. Cont. Prot. Recent.
a Ex Lut. lib. de decem Præc. Ex Calv. in Antid. C. Tr. ſeſſ. 6. ad Can. 10. 13. & 14.
b 2. Tim. 2.
b Aug. L. 3. de Trin. cap. 1.
c D. Th. 2. Cor. 13. Lec. 1.

IX.

Eſto, quis eſſet certus per Fidem, quam habet, de ſuâ Juſtitiâ, non ideo eſſet de Perſeverantia, & Prædeſtinatione „ certus. Delirent, ut libet, Reformati. [a] Qui „ certus eſt de ſua recta Fide certus eſt de obtentâ Juſti- „ tiâ; quia ſola Fides juſtificat: certus de Perſeverantia; „ quia Fides amitti non poteſt: item ſe eſſe Prædeſtina- „ tum; quia Fides eſt propria Electorum. Quorſum enim ſola Fides juſtificat, [b] *ſi ſine operibus mortua eſt*? Qui ſemel habita non poteſt amitti, [c] *ſi Philetus, & Hymenæus circa fidem naufragaverunt*? (d) Qui propria Electo- „ rum, ſi propria Vocatorum eſt: [e] *& multi ſunt vocati, pauci vero Electi*?

D. D. Cathol. Ex Trid. ſupra Cont. Calvinianos ſupra.
a Recent. Reform. ex Calv.
a Calv. ſupra
a Apud Becan. Manua. L. 1. cap. 6. q. 7.
b Iacobi cap. 2.
c 2. Tim. 2.
d Calv. ſupra
e Matth. 24.

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

Chriſtianæ Fidei Juſtificatio.

Contra Evangelicos, & Reformatos.

Principium Catholicis, & Acatholicis commune.

H br. 10. Rom. 3.

FIdes Chriſtiana præſcindendo à juſtificandi modo juſtificat impium. Omnibus enim certum eſt, *Juſtum ex Fide vivere*; nec ad vitam ingredi, niſi *per Fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu*.

THESES CATHOLICÆ.

I.

D. D. Cathol. Ex Trid. ſeſs. 6. c. 6., & 7.

a Rom. 1.

b Ex Lut. & Calv. ſupra

c Rom. 8. d. Ioa. 3.

d 1. Io. 3.

e Calv. L. 3. Inſt. cap. 13. §. 5.

f Tit. 3.

g Rom. 3.

h Becan.] Bellar.] ſupra

FIdes ſalvifica, quam ut neceſſariò ponendam ex parte noſtri ad obtinendam Juſtitiam præſcribunt Sacræ Scripturæ, [quomodocumque juſtificet] non ſola juſtificat impium, Scriptum eſt „(a) *In Chriſto omnis* „ *qui credit, juſtificatur*: (b) & quidem ſine mentione „ alterius motûs, aut virtutis. Quid indè? Etiam ſcriptum eſt. (c) *Spe ſalvi facti ſumus*. Et *Qui non diligit manet in morte*. Aut igitur Fides, Spes, Charitas exiguntur, & conferunt ad Juſtificationem, aut nullæ. Immò Sacramenta „ (e) juſtificant activè, & dando juſtitiam. „ Fides autem eſt res merè paſſiva quoad juſtificatio- „ nem.„ Ita Reformati. Proindè, ſi pariter ait Apoſtolus, (f) Deum juſtificare per *Lavacrum Regenerationis*, & (g) *per Fidem in Chriſtum*; non eſt, cur ſola Fides juſtificet, h quæ gratiam recipit, non juſtificet Baptiſmus, qui Gratiam confert.

I I.

D. D. Cathol. Ex Trid. ſeſs. 6. c. 6., & 7.

a Rom. 10. v. 13.

b Ibid. 14.

c Trid. ibid. cap. 8.

Fides eatenùs juſtificat Impium, quatenùs eſt diſpoſitio moralis, neceſſaria quidem ad juſtitiam obtinendam; ſed diſpoſitio prima ex parte hominis, & reſpectu juſtificationis remota. [a] *Quicumque invocaverit nomen Domini ſalvus erit*. Ecce Salutem. [b] *Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt*? [c] *en ſalutis initium*.

Digitized by Google

tium. Fides primus acceſſus *ad Deum*, „ (*d*) & prima cordis Domino præparatio. „ Nonne totius cordis diſpoſitionem exigit Deus? „ Prima ergo ex parte intellectûs ad „ juſtificationem diſpoſitio [*e*] *Fidem ex auditu* concipiendo. [*f*] *Fides eſt prima ad ſalutem inclinatio*, non inſtrumentum. [*g*] *Nec eſt verius initium homini Chriſtiano*, (initium quidem, non conſummatio) *quàm credere in Chiſtum*.

d Hebr. 11.
d 1. Reg. 7.
e Trid. ibid. c. 6.
f Clem. Alex. 2. Strom.
g Aug. L. 2. de Bono Perſeu. cap. 2.

III.

Ejuſmodi tamen per Fidem remota diſpoſitio ex Divino placito ea eſt, ut neque ſine Fide, neque ſolâ Fide Juſtitiã conſequi poſſis. [*a*] *Impoſſibile* quidem *eſt ſine Fide placere Deo. At* [*b*] *Etiamſi Fidem omnem habeas; ita ut montes transferas; Charitatem autem non habueris, nihil es.* „ (*c*) „ Nũquid Fides eſt virtualiter Charitas, aut ipſa Juſtitia? „ „ Nunquam figmentum hoc recepit Eccleſia, quæ „ [*d*] accedentes ad Baptiſmum de Charitate, & de Juſtitia non „ interrogat; [*d*] ſed ſimplicis Fidei exigit profeſſionem. „ Diſtinguant aliquando Novatores inter Fidem *informem*, & *Charitate formatam*. „ (*e*) Hæc equidem noſtra Fides, „ quæ juſtos ab injuſtis, non operum, ſed ipsâ Fidei (& „ Amoris) Lege diſcernit. Illa etiam propria Chriſtia- „ norum Fides: (*f*) ſed ſola non ſufficit; cùm, quia „ opera non habet, mortua eſſe dicatur.

D. D. Cathol. Ex Trid. de Iuſtif. c. 6.
a Hebr. 11.
b 1. Cor. 13.
c Recent. Proteſt.
c Gerhar. ſupra
d Aug. de Fid. & Op. cap. 14.
d De Conſecratione Diſt. 4. *Cum de Parvulis.*
e Aug. L. 3. Con. 2. Ep. Pel.
f Ambroſ. Hebr. 4.
f Hieron. L. 1. con. Jovin.

IV.

Propterea errorem illum jam obſoletum, & nuper à Sectariis recoctum; „ Juſtificationem nempè per ſolam „ Fidem in Chriſtum *apprehendi*; aut conciliari, meri- „ tò proſcripſit (*a*) olim, atque iterùm proſcribit Eccleſia.

Verbum Dei poſitum eſt *in ruinam multorum* [*b*] depravantium *ad ſuam ipſorum perditionem*. (*c*) Putaverunt „ olim „ *indocti, & inſtabiles homines*, putant & recen- „ tiores, Apoſtolum dicere, ſufficere homini fidem, „ etiamſi malè vivat, & bona opera non habeat. Quod „ abſit, ut ſentiret Vas Electionis. „ (*c*) Legunt quidem in Bibliis, *Fides juſtificat*: ſed ubi legunt, *Sola* juſtificat? (*d*) Utique dumtaxàt in Germanicis Lutheri Bibliis. Nec alia poſteris Aſſeclis ita legendi cauſa eſt, (*e*) quàm quæ Coriphæo fuit ita ſcribendi; ſcilicèt pro *ratione voluntas*. At ſincerè legit Eccleſia in Apoſtolo Paulo. ( ) *Non juſtificatur homo ex operibus Legis, niſi per Fidem*; & genui-

Ex Trid. ſeſ. 6., & Can. 9.
a Aug.] ſupra
a Hier.]
b 2. Pet. 3.
c Aug. de Gr. & L. Arb. cap. 7.
c Rom. 3. & 4. Gal. 2. Eph. 2. Tit. 3.
c Nicol. Schat. L. 1. Caroli M. fol. 533.
d Lut. Rom. 3.
e Idem Reſpon. ad Amic.
f Gal. 2.

Digitized by Google

g Iacobi 2.
g Hier. Ep. ad Cteſiph.

num ſenſum percipit ex Iacobo. [g] *Juſtificatur homo ex operibus, & non ex Fide tantum.*

V.

D. D. Cathol.
Ex Trid. ſeſs. 6. c. 6. & 7.
a Con. Saxonicos, & Intercmiſtas.
a Lut. T. 1. Diſp. 1. Prop. 3.
a Idem Ep. ad Frat. per Gallias.
b Satonici ex Coll. Altemb.
c Cocl. in vita Lut.
d Lut. de lib. Chriſt.
e Interimiſtæ apud Chytræum Hiſt. Cōf. Aug.
f Trid. ſupra c. 7.
g Ignat. Epiſc. ad Philipp.
g Orig. Rom. 4.
g Aug. de Verb. Ap. Serm. 16.
h Clem. Alex. Strō. L. 2.

Perindè tamen hæreticè ſentiunt, qui volunt, Fidem in juſtificando ſolam cæteros actus Timoris, Spei &c. [a] nec admittere, nec excludere, ac [a] qui eoſdem, ut veræ Fidei noxios excludunt. „ [a] Fides, niſi ſit ſine „ ullis minimis operibus, non juſtificat; immò non eſt „ Fides. Hic primus Novatoris exceſſus: atque indè ſta- „ tim [b] Illyriciana Doctrina, & Praxis. *Crede firmiter, & pecca fortiter.* „ Verùm [c] ruentibus in ſcelera Populis, en Lutheri Palinodia. „ [d] Bona opera „ nec faciunt bonum virum, nec malum mala. „ Atque hinc [e] Interimiſtæ Timorem, Spem, Dilectionem, ut indifferentes, non curant. Utrique peſſimè; quando ejuſmodi diſpoſitiones præter Fidem Scriptura Sancta præſcribit, atque (f) Eccleſia ſeptem numerat, & pro- „ ponit. (g) Juſtificatio Domus Dei eſt, quæ *credendo* „ fundatur, *ſperando* erigitur, *diligendo* perficitur. (h) Præ- „ cedit Fides, ædificat Timor, complet Dilectio.

V I.

D. D. Cathol.
Ex Trid. ſeſſ. 6. c. 8., & Can. 9.
Contra C Confeſs. apud Hanneken. in Irænico.
Gerhard. L. 2. P. 3., art. 23.
a Ex Kemnit. Exam. Conc. Trid ſeſs. 6.
Calv. Antid.
Melant. in Loc. Tit. De bon. Oper.
b Lut. Gal. 2.
c Gal. 5.
d Melan. HanneK.]
d Gerhar.] ſupra
e Prov. 28.
e Io. 2.
f Aug. L. 8. Confeſs.
g Trid. ibid. c. 7.
h Idem ibid. Can. 9.

Verba mitigant, non errorem moderni Proteſtantes dicentes „ Fidem ita ſolam juſtificare, ut ſola neceſſaria „ ſit ad juſtificationem neceſſitate *organi*, vel inſtru- „ menti apprehenſivi juſtitiæ Chriſti; cætera verò opera „ neceſſaria tantùm neceſſitate præſentiæ, vel ſigni, vel „ ſi placet, etiam præcepti. „ [a] Tertium Lutheri Evan- „ gelium. „ (b Fides ſine, & ante Charitatem juſtificat, „ ſed ſola eſſe non poteſt. „ Sed quid *ſine*, & *ante* Charitatem, *(c) ſi in Chriſto Jeſu valet Fides, quæ per Charitatem operatur*? „ Sola Fides (ſic explicant) applicat ſibi „ Promiſſiones factas ſoli credenti, & applicando appre- „ hendit Iuſtitiam promiſſam. „ Verùm numquid breviores Spei, & Charitati ſunt manus, (e) quando ſperanti, & amanti Juſtitiam pariter Scriptura promittit? *Major* „ *horum eſt Charitas.* „ (f) Rapientium manus Amor „ eſt. „ *Et, (g) niſi accedat Spes, & Charitas, Fides non unit perfectè cum Chriſto.* Unde meritò Eccleſia intonat: *(h) Si quis dixerit, ſolâ Fide impium juſtificari; ita ut intelligat, nihil aliud requiri, quod ad juſtificationis gratiam conſequendam cooperetur; anathema ſit.*

V II.

D. D. Cathol.

Demùm vera Fides neque relativè, neque ſola juſtificat;

ficat, ſed eſt cauſa Noſtræ Juſtificationis, & non ſola cauſat diſponendo moraliter ad ipſam juſtitiam, ſeù promerendo. Quid illa apprehenſio relativa? (*a*) Non „ cauſa, non Dignitas [inquiunt] cum Fides ſit nullius „ pretii; ſed præciſa in credendo relatio ad id, quod Deus „ promittendo offert. Verum Fides non eſt propriè apprehenſio; [*b*] ſed judicium apprehenſionem ſupponens; multique Myſteria Chriſti apprehendunt; nec tamen credunt. Cur Fides nullius pretii, ſi (*c*) *hoc eſt opus Dei ut credatis in eum &c*? Cur non cauſa, ſi (*d*) *per Fidem, Ex Fidei, Fide* (quæ particulæ cauſam indicant) juſtificamur? Attendant Scripturæ. [*e*] *Juſtificati gratis per gratiam Chriſti, quem Dues poſuit propitiationem per Fidem.* [*f*] Fides *Dei donum; radix omnis Juſtificationis Meritum incboat;* „ quia ipſa prima datur, & non petita conceditur, ex qua „ impetrantur cætera, & ei petenti cætera concedûtur; [g] „ Omnia ſimul juncta hominem Deo perficiunt præpa„ rando, Gratia complet juſtificando: Et quidem *gratis*; (*b*) quia *nihil eorum, quæ juſtificationem præcedunt, ſive Fides, ſive Opera ipſa Juſtificationis gratiam* (de condigno, & ex rigore Juſtitiæ) *promeretur*.

Ex Trid. ſeſs. cit. c. 8.
Con. Recent. Prot. Gerhard.] Ameſ.] ſupra Hailbrunn.]
a Ex Calv. ibid. c. 13.
a Melant. de loc. ibid.
b Hebr. 11.
b Bellarm. L. 1. Juſtif. cap. 16.
c Jo. 5.
d Rom. 3.
d Ibid. 5.
d Actor. 15.
e Rom. 3.
f Trid. ibid. cap. 8.
f Aug. 1. Retract. cap. 23.
Idē de Præd. SS. c. 7.
Idem de Gr. & lib. Arb. cap. 14.
g Ignat. *E*piſc. ad Philipp.
b Trid. ſupra Rom. 11.

VIII.

Trid. ſeſſ. 6. cap. 7.

Hinc Juſtificatio ipſa, quâ homo ex Impio dicitur, & fit formaliter Juſtus, de facto eſt à Deo phyſicè infuſa; atque ipſi juſtificato phyſicè inhærens. Quid illud [*a*] *Conſortium Divinæ Naturæ*: (b) *Filiatio Dei*: (c) *Renovatio Spiritùs, Diffuſio Charitatis in cordibus noſtris, Unctio, Signaculum, Pignus &c.* niſi Bonum ſupernaturale à Deo phyſicè infuſum, ratione cujus [*d*] *non modo reputamur* in conſpectu Dei, *ſed verè juſti nominamur, & ſumus, juſtitiam ipſam in nobis recipientes*? (*e*) Non puræ Benevolentiæ, ſed amore vero Amicitiæ amat Deus ut juſtos. Profecto, ſi [*f*] *qui per ſpem ſanctificat ſe*, [g] *qui fecit juſtitiam Sanctus, & Juſtus eſt, ſicut Chriſtus Sanctus, & Juſtus eſt*, cum Unigenitus (*b*) ſit intrinſecè *plenus gratiæ, & veritatis*; Gratia Juſtificationis, (k) quâ Filii Dei nominamur, & ſumus, Pignus Divinæ Amicitiæ eſt, & ſignaculum Spi„ ritus Sancti inhabitantis per intrinſecam Charitatem in nobis.

a 2. Pet. 1.
b Ioan. 5. Rom. 5.
c Eph. 4.
2. Cor. 2.
d Trid. ſupra
e *D.* Th. 1. 2. q. 93. art. 2.
f 1. Ioan. 3.
g Ibid. 1.
b Ioan. 1.
K Aug. L. 3. de Doctr. Chr. cap. 10.

IX.

In Romana Eccleſia fere certa ſententia nunc eſt, Juſtificationis gratiam [ſive hæc diſtinguatur à Charitate habituali, ſive non] eſſe qualitatem à Deo infuſam per modum habitùs in Anima permanentem. Proteſtantes

D. D. Cathol.
Ex Conc. Vienn. Clement. 1. de Summ. Trinit., & Fid. Cath.
Ex Trid. ſeſs. 6. c. 7.
Ibid. Can. 3.

Digitized by Google

tes in hoc *(a)* palam anathematizat Eccleſia, quod dicant, „ *(b)* homines ſolâ Dei gratuitâ acceptione eſſe juſtos. „ Sed quid in eo, quòd contendunt, *(c)* nullam Juſtitiæ „ partem in qualitate ſitam eſſe, vel habitu, qui in nobis „ reſideat? Hæreticus non audit Magiſter in docendo, *(d)* „ Charitatem habitualem non eſſe quid creatum, & in- „ hærens, ſed ipſam Spiritus Sancti perſonam. Verùm diſtingue Doctrinas, & tempora. Numquid Sectarii ſen- „ tiunt cum Lombardo, *(e)* gratiam eſſe virtutem à Deo „ infuſam, & virtutem bonam animi qualitatem? Immò „ *(f)* favorem Dei purè extrinſecum eſſe volunt. Numquid Lombardi tempore *habitus*, *qualitas*, *permanentia* Gratiæ *gratum facientis* exprimebantur evidenter à Scripturis; aut ab Eccleſiâ tanquam ex fide certâ definiebantur? Neque id poſtea. Sed Viennenſe Concilium *(g)* Sen- „ tentiam de Gratiâ *Informante*, & Virtutibus tanquam „ probabiliorem duxit eſſe eligendam: Tridentinum Juſtificationis gratiam, *(h) infundi*, *inhærere* homini: *(i)* „ *diſtinctam eſſe ab actibus Fidei, Spei, & Dilectionis*: (K) „ eamque conſervandam à Renatis, ut *tanquam Stolam* „ *candidam perferant ante Tribunal Chriſti*. Unde quid Moderna ſentiat Theologia, niſi Juſtificationis *(l)* gratiam „ eſſe Divinam qualitatem in homine inhærentem; eoſ- „ que hæreticos, *(m)* qui Tridentinum redarguunt; quod „ in qualitatibus, & virtutibus infuſis Juſtificationem „ conſtituat.

a Ibid. Can. 11.
b Ex Calv. in Antid. C. Trid. ſeſs. 6. cap. 7.
c Ex eod. ibid.
d Magiſ. 1. Sent. Diſt. 17.
e Idem 1. Sent. Diſt. 17.
f Reform. ex Kemnit. in ex C. Trid.
g Clem. 1. v. *Nos autem attendentes*.
h Trid. ſeſs. 6. habita Ann. 1547.
i Catech. Rô. Tract. de Bapt.
i Mogunt. c. 7. habit. 1549.
k Kemnit. in Exam.
m Heſshuſ. de 600. Error. Pontificior.

X.

Fides vel nulla eſt cauſa formalis, vel non eſt integra, & adæquata Juſtificationis impii. *(a)* Admittunt „ Evangelici non pauci Juſtificationem intrinſecam, „ ſed à ſola Fide animæ inhærente. *(b)* Verùm à quanam Fide? ab Informi ne, an à Charitate formatâ? Falſo ab Informi; quia, *(c) etiamſi omnem fidem* habuerint, *Charitatem autem non habeant*, *nihil illis prodeſt*, ut infacto ſint juſti. Si autem à formatâ; *(d) Fides hæc per dilectionem* „ *operatur*. Charitas forma eſt; agendi ratio eſt; & *e* ſine „ Spe, & Charitate vivificante Fides vitam præſtare non „ poteſt. Cur ergo Fides opus legis non ſit; ſed *(f)* per „ ſe vivens; immò formalis juſtitia ſit: Charitas autem pu- „ rum opus, & viventis Fidei ſignum merum? Nec rideant Catholicam diviſionem ejuſdem *(g)* Fidei in Informem, & Charitate formatam; quando una eademque. *(h) Fides ſine operibus* [præſertim Charitate] *mortua eſt*: Fides ſine Spiritu eſt. *Ex operibus* autem *conſummata eſt*. Fides cum vita eſt.

D. D. Cathol.
Ex Trid. ſeſs. cit.
a Cöfeſs. Ang. art. 4.
Ex Lut. Pſal. 2.
b Bellarm. L. 2. de Juſtif cap. 4.
c 1. Cor. 3.
d Pſal. 5.
e Trid. ſeſs. cit. c. 7.
f Recent. Prot.
f Ex Lut. Pſal. 3.
f Calv. 2. Inſt. c. 2. §. 8.
g Trid. ſeſs. cit. c. 7.
h Ex Iacobo c. 2. & Pſal. 5.
VVallemb. tom. 2. fol. 488.
Ovied. contr. 1. de Grat. l. 1.

XI.

Digitized by Google

XI.

„ Gratia Juſtificationis (*a*) non eſt ſola peccatorum „ remiſſio; ſed & interna Animæ Sanctificatio formalis, „ & interioris hominis renovatio. (*b*) Hæc Chriſti „ Paſſionis efficacia eſt, ut Juſtificatio impium (*c*) abluat, & ſanctificet: [*d*] transferat de tenebris ad lucem: de (*e*) inimico in amicum Dei: de (*f*) morte ad vitam. At una eademque (*g*) Sanctificatio dum ornat, Lux dum illuminat, Amicitia dum gratum facit, Vita dum animat maculas, tenebras, inimicitiam, mortem expellunt. (*h*) Eâdem voce *annunciatur nobis per Chriſtum remiſſio peccatorum, atque juſtitia.* Non eſt igitur, (*i*) quare juſtificationem propriè in ſola remiſſione conſtituant Novatores; [K] quando *qui traditus eſt propter delicta noſtra, reſurrexit propter ju-* „ *ſtificationem noſtram.* [*l*] Atque in ipſa Juſtificatione & „ tollitur totum id quod peccati propriam rationem ha- „ bet, & ſimul (*m*) gratia cum donis infuſa ſuſcipitur.

a Conc. Trid. ſeſs. cit. cap. 6. contra Refor. ex Calv. in Antid. Conc. Trid. ſeſs. 6.
b Clement. 1. V. Nos aut. attend.
c 1. Cor. 6.
d Epheſ. 5.
e Trid. ſupra
f 1. Io. 3.
g Catech. Rom. Tract. de Bapt.
h Actor. 13.
i Reform. ex Calv. 3. Inſt. cap. 11. §. 2.
K Rom. 4.
l Trid. ſeſs. 5. Decr. de Pecc. Origin.
m Idem ſeſs. 6. c. 7.

XII.

Multò minùs eadem Juſtificationis gratia, quâ remiſſio eſt, eſt pura occultatio, ſeù non imputatio peccatorum, cæteroquin remanentium; ſed eſt vera abolitio, atque omnimoda culpæ læthalis, & quidquid culpæ propriam rationē habet, deletio. Quid eſt illud frequentiſsimum in Scripturis peccata [*a*] *deleri, tolli; mundari, lavari* impiũ, & *ſuper nivem dealbari*, niſi ex Priſcæ, & Præſentis Eccleſiæ „ ſenſu, (*b*) Gratiam innovare hominem quoad liberatio- „ nem ab omnibus omninò peccatis, (*c*) atque ab omni „ eo, quod veram, & propriam peccati rationem habet? (*d*) Sentiant tandem nobiſcum Sectarii: (*e*) Deum, in juſtificando impium, auferre crimina, non radere. Quod ſi alicubi ſcriptum eſt; *Tecta ſunt (f) peccata. Non imputavit* „ *Dominus peccatum*: (*g*) Non ſic intelligant, quaſi peccata „ ibi ſint, & vivant. Deus Medicus eſt: tegit vulnera, ut cu- „ ret: Emplaſtro enim tegit; ſanando ſcilicet, & auferendo. (*h*) Omniſcius, & juſtus eſt. Imputando peccatum odit, quod eſt: non imputando *nihil odit*; [i] *quia nihil damnationis eſt in iis, qui ſepulti ſunt cum Chriſto in mortem.*

Trident. ſeſs. 5. in Decr. de Pecc. Orig. Idem ſeſs. 6. Can. 11.
Conc. Prot. Recent. Ex Lut. in Aſſert. artic. 2. Melant. Apol. Confeſs. Aug. §. de Iuſtitia.
a Act. 3. Ioan. 1. Pſalm. 50.
b Aug. L. 6. con. Iul. cap. 5.
c Trid. ſupra in Decr. de Orig.
d Hailbrunn. Neopap. fol. 37. Ameſ. Geth. ſupra fol. 912.
e Aug. L. 1. contra 2 Ep. Pelagian. cap. 13.
f Pſal. 31.
g Aug. Enunc. 2. in Pſal. 31.
h DD. VValemb. com. 2. fol. 488.
i Rom. 4.

XIII.

Juſtificatio ſimiliter, quâ poſitiva juſtificatio formalis eſt, non habetur; nec haberi poteſt per Juſtitiam ipſius „ Dei eſſentialem habitantem in nobis; ut non ſit gratiæ „ in credentibus, ſed Naturæ. (*a*) Ex viginti diſcrepantibus ab initio Confeſsioniſtarum de juſtificatione erroribus hic ortus eſt triceps, & [*b*] Sectam habet. Deū nempe

Trid. ſeſs. 6. cap. 7.
a Contra Oſiandrianos.
Apud Lind. Dubitãtii Dial. 2.
Et Calv. L. 3. Inſt. cap. 11.
a Oſiander in Confut. Melant.
b Brentius, & alii.

Digitized by Google

„ nempe [*c*] in juſtificando nullatenus Fidem,nec ullam „ acceptare juſtitiam,niſi ſuam Divinam,ut per illam nos „ inhabitet,inhabitando juſtos eſſiciat;(*d*) atque eâdem „ inhabitante per modum Naturæ,nos Divinæ ſuæ Natu- „ ræ conſortes conſtituat,& Dei Filios. Verum,ſi nullam „ Fidem,ſi Juſtitiam nullam creatam acceptat Deus,quare (*e*) *Fidem Abrahæ*, (*f*) Fidem *credentis in Chriſtum reputat ad juſtitiam*? Quare *Noe* (*g*) probat *ut juſtum*, [*h*] Abelis *Operibus perhibet* Juſtitiæ teſtimonium? Numquid Fides,& Opera nobis inhærentia ſunt ipſa Dei Nos inhabitans increata Juſtitia? Delirat (*i*) qui hoc dixerit. Quid „ & illud nos eſſe verè juſtos; eſſe Dei filios formâ,& na- „ turâ extrinſecus inhabitante? Profectò Potentia, Præſentia, Eſſentia Dei; (K) cum æquæ habitent in nobis, facient Omnipotentes,Immenſos, & Deos. At noverint aliquando quænam ſit vera Spiritûs S. habitatio in nobis. (*l*) *Gratia & veritas eſt per Jeſum Chriſtum facta.* (m) *Charitas eſt diffuſa in Cordibus noſtris.* Hæc Juſtitia Dei eſt, „ non quâ Deus juſtus eſt; (*n*) ſed quam ipſe facit in no- „ bis,dum juſtificat impium. Hæc Natura Dei eſt: non „ quâ ipſe Deus eſt,ſed participatio, [*o*] ſimilitudo Dei, „ quâ in Spiritu noſtræ mentis impreſſâ (*p*) *Filii Dei no-* „ *minamur*, *& ſumus.*

c Oſriandritæ apud Lindan. ibid.
Et Hoſium L. de Hæreſ.
d Ex Querela Luteri.
e Rom.4.
f Ibid.
g Gen 7.
h 2. Tim. ult.
i Oſiand. ſupra
K Bellarm. L. 2. de Juſt. cap.5.
l Joan. 1.
m Rom.5.
n Aug. Deſp.& Lit. cap. 9.
o Idem de Gen.cap. 27.
p 1. Io. 3.

X I V.

Neque demum Juſtitia, propter quam reputamur, & ſumus juſti coram Deo, conſiſtit in ipſius Chriſti juſtitiâ nobis phyſicè extrinſecâ,& nobis à Deo moraliter imputatâ. (*a*) En frequentiſſimum recentiorum Proteſ- „ tantium figmentum. [*b*] Non in nobis (inquit) ſed in „ Chriſto eſt juſtitia noſtra. Chriſtus enim [*c*] *factus eſt* „ *nobis ſapientia*, *Juſtitia*, *& Redemptio*; [*d*] nec aliter, niſi „ per imputationem; quatenus nos peccatores, nec pro- „ priâ juſtitiâ ſibiplaciturоs tegit Deus juſtitiâ Chriſti;& ſic tectos videns pro juſtis ſe habere pronunciat. At in Foro Dei *juſtificare* impium eſtne præcisè pronunciare juſtum, an etiam facere? (*e*) *Quos* (*Deus*) *juſtificavit*; *hos &* „ *magnificavit*. [*f*] Iuſtos conſtituit multos. Cum enim Deus ſit Sapientiſſimus, atque omnipotens, quem judicat eſſe juſtum, aut juſtum invenit, aut facit. Adde illam fictitiam Imputationem, [*g*] per quam homo verè atque, „ intrinſecè impius, extrinſecâ, atque alienâ juſtitiâ fiat „ ſimpliciter juſtus. Si hoc eſt, ex pari ratione innocen- „ tiſſimus Agnus Dei [*h*] veriſſimè dicetur peccator, „ immo [*i*] maximus omnium latro,homicida &c. per po- „ tentiſſimam Patris imputationem; ex eo, quod dicit

Conc. Trid. ſeſs. cit. cap.7.
Idem ibid. Can. 10., & 11.
a Gerhar. L.2. Cõfeſs. Auguſti P. 3. fol.681.
a Ameſ. tõ. 4. f.13.
b Ex Calv.3. Inſtit. cap.10. §.22.
c 1. Cor. 1.
d Prot. Veteres apud Bellarm. ſupra cap.7.
d Recentiores Prot. apud BurKab.Contr. 51. n.14.
e Rom.5.
f Hebr. 4.
g Ameſ.] *g* Girh.] ſupra
h Matthias Flaccus Illyric. in Confeſſ. Antuerp. cap.6.
i Luter.Gal.3.

Apo-

Apoſtolus, (K) *factum eſſe pro nobis peccatum*. Athorrendam ſui Coriphæi blaſphemiam horrent ipſi moderni Sectarii. Horreant, & imputationem ſuam. [*l*] Inobedientia Adami non imputativè, ſed verè peccatum nobis impreſsit. Debuit ergo obedientia Chriſti non imputativè, ſed verè nobis juſtitiam infundere; cum præſertim (*m*) „ *Gratia Chriſti ſit major, quam Adami peccatum*: Nec „ aliam per Chriſtum recuperemus, (*n*) niſi quam (intrinſecam ſcilicet, & inhærentem) per Adamum amiſimus.

K 2. Cor. 5.
Ameſ.] Homm.] ſupra
l Rom. 5.
m Ibid.
n Iren. L. 3. c. 20.
n Aug. L. 6. de Gen. cap. 24. & 27.

X V.

[*a*] Prætereà falſum omninò eſt, Concilium Tridentinum Decreto ſuo de Juſtificatione conſtituiſſe Juſtitiam formalem (*b*) partìm in qualitate Noſtræ, partìm in Imputatione Juſtitiæ Chriſti; (*c*) eamque fuiſſe Theologorum Conciliarium; (*d*) atque hodiernam eſſe Romanæ Eccleſiæ Doctrinam. Concilium (*e*) (inquiunt Neotherici) damnat qui dixerit (*f*) *hominem juſtificari, aut ſolâ imputatione Juſtitiæ Chriſti, aut ſolâ remiſſione peccatorum*. Quid ergo? Numquid Canone illo docet, partem juſtitiæ, quâ juſti ſumus, eſſe ipſam Chriſti Juſtitiam nobis imputatam; (*g*) quando Canone antecedenti definierat abſolutè, *per eam ipſam Chriſti Juſtitiam nos non eſſe formaliter juſtos*? (*h*) Immò damnat Canone undecimo duos diviſim Proteſtantium errores, quos promiſcuè cum ſententia Buceri, (*i*) quin & aliquorum Catholicorum *de Juſtitia partìm imputata* propſcripſerat Canone decimo. (*k*) Sed Catholici ad Univerſalis Eccleſiæ definitionem depoſuerunt opinionem ſuam: Acatholici errorem pertinaciter tenuerunt. Quod ſi deinde Coloniæ Antididagma, Pariſiis Contareni de Juſtificatione Tractatus non ſatis correctus prodiit: (*l*) Id nullo damno communis, & Catholici Dogmatis, à quo ante Tridentinam declarationem non ſatis gnaros Theologos opinio tolerata non amoverat, (*m*) poſt declarationem dociles prompta retractatio magis conjunxit: Solos Refractarios erroris pertinacia ſegregavit.

a D.D. Cathol.
a Ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 7., & Can. 10.
b Contra Veter. Prot.
b Ex Calv. in Antid. ad ſeſſ. 6.
c Et Bucero in Lib. Concord. de Iuſtif.
d Recent. ex Gerh. ſupra f. 681.
e Calv. Bucer.
f Trid. ſeſs. cit. Cã. 11.
g Idem ibid. Cã. 10.
h Bellarm. L. 2. de Iuſt. cap. 2.
i Albert. Piggh., Contareni, Scripandi.
K Pallav. Hiſt. C. Trid. L. 3. cap. 4. 6. 9., & 11.
l BurKab. Conu. 51. n. 20.
m Pellau. ſupra

X V I.

Immò cenſemus cum communi Catholicorum ſententia, effectus formales *Juſti, Amici, Filii adoptivi, hæredis* Dei &c. quos in præſenti præſtat Gratia juſtificationis intrinſeca, in eo genere juſtitiæ, amicitiæ &c. non poſſe ſimpliciter, & abſolutè haberi ſine forma adæquatè intrinſeca ſubjecto denominato; atque adeò eſſe impoſſibile, nos reddi verè *Iuſtos, Amicos Dei &c.* etiam ex parte

Theol. Cathol. Ad mentẽ Trid. ſeſs. cit cap. 7. & D. Th. 2. 2. q. 93. art. 2.

per

a Trid. ſeſſ cit. c. 7. per juſtitiam alterius nobis phyſicè extrinſecam, & moraliter imputatam. Definit Eccleſia „ (*a*) Unicam formalem cauſam noſtræ juſtificationis eſſe juſtitiam Dei, „ non quâ ipſe juſtus eſt, ſed quâ juſtos facit: „ Negat igitur, non ſolùm dari, ſed etiam dari poſſe juſtificandi modum per juſtitiam Chriſti extrinſecam, & moraliter imputatam. *b* Ex Trid. ibid. Can. ult. Quia in definiendis (*b*) articulis Fidei mens unica Eccleſiæ hæc eſt, vias omnes Hæreticæ pravitati præcludere, & reprobare omne id, quod in eo genere Hæretici affirmant. *c* Ameſ. *c* Gerhard. (*c*) Proteſtantes autem toti ſunt in affirmanda poſſibilitate juſtificationis per juſtitiam alterius moraliter imputatam; & indè aſſerunt, ſic de facto nos juſtificari. *d* Franc. de Lugo. *d* Arriaga. *d* BurKab. Contr. 51. P. priore. Præterea: Da, ſi potes, (*d*) *fortem* per fortitudinem, *lucidum* per lucem alienam, & moraliter imputatam: æquè dabis, *Amicum*, *Filium Dei &c.* *e* D. Th. 1. 2. q. 93. art. 2. (*e*) qui merito non ſuo ſit objectum amoris amicabilis Dei, & ſimilitudine alterius cum Deo, *f* 2. Pt. 1. (*f*) *conſors Divinæ efficiatur naturæ*.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google